UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Jus Canonicum In V. Libros Decretalium Distributum

novâ Methodo explicatum, Omnibus Capitulis Titulorum (qui in Antiquis, & novis Libris Decretalium continentur) promiscuè & confusè positis, in ordinem doctrinæ digestis. Adjunctis Aliis Quæstionibus Connexis, Quæ Ad Plenam Cujusque Tituli, Aut Materiæ Cognitionem, Et Expositionem Pertinent. ...

Respondens Libro Quinto Decretalium. In Quo De Judicio, Seu Ordine Judiciario criminali, nec non de criminibus Ecclesiasticis, & secularibus ... agitur ...

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingae, 1677**

Index Generalis Synopticus, Et Methodicus Rerum, Et Quæstionum, Quæ In Titulis Libri V. Decretalium Continentur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-98302

Visual Library

# INDEX GENERALIS
## SYNOPTICUS, ET METHODICUS
## RERUM, ET QUÆSTIONUM, QUÆ IN TITULIS LIBRI V. DECRETALIUM CONTINENTUR.

### *TITVLVS I.*
### DE ACCUSATIONIBUS, INQUISITIONIBUS, & Denunciationibus.

TRibus modis causæ, & actiones criminales in Judicium deducuntur, & instituuntur: Per Accusationem, vel Inquisitionem, vel Denunciationem: quamvis hi modi procedendi criminaliter ad duos generales reduci possint, quando scilicet Judex procedit ex Officio suo, vel ad instantiam alterius, accusantis scilicet, vel denunciantis.

SECTIO I. *De Accusationibus.*

§. I. *Quid sit Accusatio, & quæ sit forma, sive quæ conditiones ad illam requirantur?*

ASSERTIO I. Accusatio est alicujus criminis apud Judicem competentem ad vindictam publicam legitimè facta delatio. Eáque duplex est, una publica, quæ tendit ad vindictam publicam criminis: altera privata, quæ fit ob privatam injuriam, & ad pœnam applicandam parti læsæ, *num.* 1. Ass. 2. Jure comuni ad formam accusationis requiritur 1. ut libellus accusatorius offeratur in scriptis, quamvis ex consuetudine accusatio possit fieri verbaliter, modò Notarius eam statim in scriptum redigat. 2. Ut exprimatur annus & dies, quo porrigitur libellus. 3. Nomen accusatoris, & accusati. 4. Species delicti. 5. Locus & tempus, in quo commissum est delictum. 6. Requiritur inscriptio accusantis ad pœnam talionis, quamvis ista inscriptio hodie non sit ampliùs in usu, sed loco solemnis accusationis, succesit simplex querela, *n.* 2.

§. II. *Quinam ad accusandum admittantur, & qui ab eo repellantur?*

Generaliter omnibus est permissum accusare, qui specialiter non sunt prohibiti, si crimen sit publicum; si verò sit privatum, is solùm potest accusare, cujus interest, sive qui injuriam, seu damnum passus est, *n.* 3. Porro plures ab accusando repelluntur, veluti 1. Clerici criminaliter accusare laicos prohibentur, *n.* 4. 2. Laici Clericos, nisi suam, vel suorum injuriam prosequantur, & in exceptis criminibus enormibus, ut læsæ Majestatis, hæresis &c. *num. eodem.* 3. Aliqui repelluntur ab accusando propter defectum ætatis, ut pupilli, nisi suam, vel parentum injuriam prosequantur: potest etiam impubes major infante accusare, cum Tutoris auctoritate; pubes verò, sed minor 20. annis solus, sine auctoritate Curatoris, non admittitur, nisi suam, vel suorum injuriam prosequatur: cum auctoritate tamen Curatoris minores accusare possunt, dummodo 14. ætatis annum excesserint, *cit. n.* 4. 4. Repelluntur ab accusando mulieres propter verecundiam, & fragilitatem sexûs, nisi suam, suorúmque injuriam prosequantur; possunt tamen accusare in criminibus exceptis, *n.* 5. Repelluntur 5. infames, & criminosi, utroque jure, nisi suam, vel suorum injuriam prosequantur, vel nisi agatur de crimine læsæ Majestatis. Et infames quidem infamiâ Juris, utroque Jure, ab accusando repelluntur; infames verò infamiâ facti etiam de Jure Canonico accusare non possunt, *n. eod.* 6. Ligatus majore excommunicatione accusare non potest, etiamsi suam, vel suorum injuriam prosequatur, *num. eod.* 7. Neque liberi, nec liberti accusare possunt parentes, & patronos, nisi in crimine læsæ Majestatis: Nec vasalli, & servi dominum. 8. Nec Pagani & Judæi Christianos, nec hæretici Catholicos, etiam in criminibus exceptis. 9. Nec pauperes, nisi constet esse honestæ vitæ. 10. Non potest accusatus criminaliter reaccusare accusatorem suum in pari, vel minore crimine, nisi suam, vel suorum injuriam prosequatur: de majore autem crimine potest accusatus reaccusare alium, saltem extraneum, *num.* 6.

§. III. *Quâ ratione repellatur quis ab accusando ob inimicitiam?*

Alia causa, ob quam repellitur quis ab accusando, est inimicitia accusatoris cum accusato, eáque gravis & capitalis, juxta arbitrium Judicis. Extenditur 1. quòd non solùm inimici accusati, sed etiam eis cohabitantes repellantur ab accusatione: multò magis ergo repelluntur ab accusando ipsi inimici accusati, *n.* 7. Extenditur 2. nec is, qui tulit testimonium contra aliquem in causa criminali, potest postea accusare in eadem causa, *n.* 8. Extenditur 3. Inimicus non solùm repellitur ab accusatione, sed etiam ab exceptione voluntaria, seu spontè opposita, *num.* 9.

§. IV. *An Monachi, seu Religiosi possint criminaliter accusare Prælatum suum?*

Monachi, seu Religiosi non sunt ab accusatione Prælati sui repellendi, non obstante reverentiâ, obedientiâ, & subjectione, quam ipsi debent, nisi aliqua rationabilis causa id impediat (quia v. g. sunt excommunicati, vel inimici) licèt alios accusare non possint, *n.* 10. Et ad hoc necessariæ expensæ ad litem eis ministrari debent, *n.* 11. Excipi debet, nisi Monachus proprium peculium habeat, & quando aliàs non debeant illi ministrari expensæ, vel debeant, *n.* 12. Accusatio Prælati debet fieri coram illis, quorum interest, ut reus vel condemnetur, vel absolvatur, *n.* 13. Non tantùm Monachi, sed etiam Conversi laici debent admitti ad accusandum Prælatum: & non solùm ob delictum dolo commissum, sed etiam ob culpam, seu negligentiam potest accusari Prælatus, *n.* 14.

§. V. *An Judex ex officio repellere possit accusatorem inhabilem, etiamsi pars nihil contra illum excipiat?*

Si quis legitimè accusare non possit, repelli debet, si Reus excipiat contra illum, vel etiam eo nihil opponente, à Judice ex officio, *n.* 15. Nullus Episcopus potest familiares suos ipsum accusare volentes per exceptionem criminis repellere, quos, antequam se ab eis accusandum cognosceret, à sua familiaritate non separavit, *n.* 16. idque declaratur, *n.* 17.

§. VI. *An quis obligetur ad accusandum, & utrùm Accusator desistere possit ab accusatione inchoata?*

Si crimen vergat in damnum spirituale, vel temporale Reipublicæ, etsi plerumque sufficiat illud denunciare juridicè, vel canonicè: interdum tamen contingere potest, ut teneatur quis etiam ad accusandum, si damnum publicum aliâ ratione impediri non possit, *n.* 18. Quamvis accusator, ante litem inchoatam, in causa criminali desistere possit ab accusatione, post litem verò contestatam non potest, *n.* 19. Quando accusator non potest probare crimen, non tantùm potest, sed etiam debet desistere ab accusando, *n.* 20. Desistens ab accusatione, post litem inchoatam, non potest de illo crimine denuo accusare. Imò si quis coram Judice dicat, se accusaturum aliquem, etsi deinde possit impunè ante inscriptionem desistere, ei tamen silentium imponi debet, ut non possit ampliùs de tali crimine accusare, *n.* 21. idque declaratur, *n.* 22.

§. VII. *De personis, quæ criminaliter accusari possunt, vel non possunt.*

Generaliter loquendo, omnes delinquentes de quibuscunque delictis accusari possunt, præter absentes, qui de Jure communi de capitali crimine accusari non possunt. Item nec Papa, Imperator, vel Rex, nulli Superiori subjecti, *n.* 25.

Quær. 1. An accusatus de uno crimine possit de eodem denuo accusari? Resp. De his criminibus, de quibus est absolutus denuo accusarus, non potest iterum accusari, *n.* 24. Quando absolutus ab uno delicto possit denuo de eodem accusari, *n.* 25. *& duobus seqq.* Quær. 2. An accusatus de uno crimine possit simul, & eodem tempore accusari de alio? Resp. affirmativè, *n.* 28. Quær. 3. An Universitas, seu Collegium possit accusari? Resp. potest, modò tota Communitas deliquerit, *n.* 29.

§. VIII. *An in causis, & judicijs criminalibus Procurator admitti possit, ac debeat?*

Assertio 1. In causis criminalibus nec ad agendum, seu accusandum, nec ad defendendum admittitur Procurator. Item qui semel est confessus, se calumniosè aliquem accusâsse, non debet admitti denuo ad accusandum eundem, si virtute juramenti ipsi fuit injunctum, ut non accusaret, *n.* 30. In locum pœnæ talionis, quæ hodie abrogata est, successit pœna extraordinaria, quæ pro arbitrio Judicis infligenda est accusatori, si in probatione criminis defecerit, *n.* 31. In causis criminalibus, in quibus Reo pœna capitalis, vel alia corporalis imponitur, regulariter non admittitur Procurator, *cit. n.* 31. Admittitur tamen ad excusandum, vel allegandum causas absentiæ domini, & ad opponendas exceptiones dilatorias, quæ ante litem contestatam opponi solent, *n.* 32. Assert. 2. In Judicijs, & causis criminalibus, in quibus non infligitur pœna capitalis, vel similis, sed pecuniaria, aut civilis, Procurator interve re potest, *n.* 33. & in pluribus aliis casibus in quæ ponuntur, *cit. num.* 33. *& 34.* An in quibus Procurator intervenire potest, & adminparte nihil contra illum opponente, possit cis teneat, necnè, *cit. n.* 34. *in fine.*

§. IX. *De modo procedendi observando in Judice criminali accusatorio.*

Quær. 1. Quomodo procedendum sit, quando accusator, & reus accusatus sunt præsentes in Judicio? *n.* 35. Quær. 2. Quomodo procedendum sit in causis criminalibus contra reos contumaciter absentes? & quomodo de Jure Canonico? *n.* 36.

§. X. *De effectibus accusationis, & pœnis Rei, vel etiam Accusatori imponendis.*

Si Presbyter, cui Ecclesia est commendata, ebrius per totam noctem in taberna versetur, & mane non præmissâ dormitione, Missam celebret, & de hoc est convictus, vel confessus, Ecclesiâ privari debet. Si verò Ecclesia Canonicè ei fuit collata in titulum, & postea non fuit convictus de aliquo crimine, ob quod jure eâ est spoliandus, vel bonis spoliatus post appellationem, in pacifico eius possessionem restitui debet, *n.* 37. *&* 38. Alia pœna, nec pœnitentia decreta est in accusantem aliquem calumniosè, si occidatur innocens, ut in pœn. *Aliqui* per 40. dies pœnitentiam agat, & per septem sequentes annos pœniteat. Si verò innocens est mutilatus, & non occisus, per tres Quadragesimas pœnitere debet, *n.* 39. *&* 40. Alius effectus accusationis criminalis est, quòd accusatus, vel denunciatus de crimine aliquo, pendente accusatione, vel denunciatione, honores & dignitates promoveri non potest, *n.* Idque extenditur 1. Ut habeat locum non tantùm dignitatibus Ecclesiasticis, sed etiam in laicalibus, *n.* 42. Extenditur 2. Si accusatus, denunciatus, inquisitus sit promotus ad honorem aut dignitatem pendente judicio criminali, non tenet promotio, iamsi postea per sententiam innocens sit pronunciatus, sed nova requiritur promotio, *cit. n.* 42. tenditur tertiò. Accusatus, lite pendente, non testet promoveri ad honores, etiamsi infamia non cesserit, *n. eod.* Limitatur 1. Accusatione pendente, non potest accusator promoveri ad honodummodo accusatio teneat, & facta sit à legiaccusatore, *n.* 43. 2. Dummodo crimen, de aliquis accusatur, vel denunciatur, sit grave, *n.* 3. Nisi accusetur, vel denuncietur integrum Collegium, *n. eod.* 4. Nisi accusatio de crimine famoso fiat solùm ad interesse proprium prosequendum, *cit. n.* 43.

§. XI. *Qualiter accusatore non probante, vel non comparente, Reo infamato de crimine indicenda sit purgatio Canonica?*

Agenti interdicto possessorio adipiscendæ posfessionis in beneficialibus non obstat exceptio criminis, nisi de eo publicè sit infamatus: & infamatus accusatore non probante, indicitur purgatio, in qua si defecerit, punitur ut convictus, *n.* 44. *&* 45. Infamia objecti criminis, quos habeat effectus? *cit. n.*

§. XII. *Quibus modis tollatur, & extinguatur accusatio criminalis?*

Ea tollitur, ac finitur 1. per præscriptionem

elapsum tempus 40. annorum à die commissi criminis. Quædam verò breviore tempore tolluntur, *n.* 46. 2. Extinguitur accusatio criminalis per mortem accusatoris, ante latam sententiam, *n. eod.* 3. Extinguitur crimen, & ejus pœna per mortem Rei delinquentis, & consequenter etiam ipsa accusatio, ubi tamen distinguendum est inter pœnam corporalem, & pecuniariam, *cit. n.* 46.

SECT. II. *De Inquisitionibus.*

§. I. *De Inquisitione in genere, & potestate inquirendi.*

Quær. 1. Quid & quotuplex sit Inquisitio? Resp. est alicujus criminis manifesti ex bono, & æquo à Judice competente legitimè (id est, juridicè, & canonicè) facta investigatio, quæ scilicet facta est, secundùm jura, & Canones, *n.* 47. Resp. 2. triplex est Inquisitio, simpliciter generalis, sive generalissima, quæ fit ex mero officio Judicis, cùm neque personâ, neque crimine expresso generatim inquiritur, an non committantur crimina in aliqua Civitate, vel loco? Altera est Inquisitio generalis, sive potiùs mixta, id est, partim generalis, quoad delicta, ut cùm constat, Titium esse occisum, sed inquiritur, quisnam illum occiderit: vel è converso, partim generalis quoad delicta: partim specialis, quoad personas, ut cùm inquiritur, an Titius flagitia quædam commiserit? Tertia est Inquisitio simpliciter specialis, quando de certo ac determinato delicto contra certam personam inquiritur ad puniendum delictum, v. g. an Titius homicidium commiserit? eáque fit tribus modis. *n.* 48. Quær. 2. Quis possit, & contra quos juridicè inquirere, & in quibus delictis? Resp. 1. Quilibet Judex, sive sæcularis, sive Ecclesiasticus, modò competens sit, alioquin Inquisitio invalida est. Ex quo sequitur 1. quòd inquisitio facta à Judice sæculari contra personas Ecclesiasticas sit nulla. 2. Illi soli Judices criminaliter inquirere possunt, qui habent merum imperium, seu jus gladii, nisi sit causa criminalis incidens, *n.* 49. Resp. 2. Reus, contra quem inquiritur, debet esse subjectus jurisdictioni inquirentis, quoad articulum, de quo inquiritur. Resp. 3. De Jure Civili non potest regulariter Judex ex officio inquirere super delictis, nemine accusante, vel querelam proponente. Sed de Jure Canonico super omnibus delictis à Judice ex officio procedi potest, si præcedat infamia, vel accusatio, vel denunciatio publica. Ex recepta verò generali consuetudine, etiam de jure Civili, & in foro sæculari permissum est in omnibus delictis procedere ex officio per inquisitionem, *cit. n.* 49.

§. II. *An ad Inquisitionem omnino generalem, vel mixtam, requiratur, ut præcedat infamia criminis, vel personæ?*

ASSERTIO I. Ad faciendam inquisitionem generalissimam, quæ fit ad plura delicta in genere investiganda, non requiritur, ut præcedat infamia personæ, vel indicium commissi criminis: sed Judex ex suo officio potest, imò tenetur illam instituere, *n.* 50. Idque declaratur, *n.* 51. Metropolitani debent singulis annis, celebrare Concilium Provinciale cum suis Suffraganeis, in quibus de corrigendis excessibus, & reformandis moribus, præsertim in Clero tractent, & ea deferant ad Concilium Provinciale sequens, *n.* 52. Declaratur, *n.* 53. Ass. 2. In mixta inquisitione, id est, partim generali, partim speciali, quando crimen est publicum, v. g. homicidium, sed auctor ignoratur, tum licet Judici non specialiter contra certam personam, sed generaliter inquirere, quis illud commiserit, etiam nullâ præcedente famâ de persona aliqua particulari, *n.* 54.

§. III. *An & quâ ratione ad inquisitionem generalem contra personam aliquam particularem requiratur, ut præcedat infamia illius, & quomodo in tali inquisitione sit procedendum?*

Quando fama, & clamor non à malevolis, & maledicis, sed à providis, & honestis, non semel, sed sæpe pervenit ad aures Superioris contra aliquem subditum, vel Prælatum: tunc Superior quasi denunciante famâ, vel deferente clamore, ex officio suo inquirere debet veritatem coram Senioribus Ecclesiæ. Et hoc diligentiùs est servandum in Prælatis judicandis, quia ipsi non possunt omnibus placere, cùm ex officio increpent, suspendant, ligent, & sic incurrunt odium, & insidias multorum. *c. Qualiter. 24. h. t. n.* 55. *& pluribus seqq.* Ubi hæc fusiùs declarantur.

§. IV. *In quibus casibus non requiritur necessariò ad specialem inquisitionem contra personam particularem de aliquo crimine, ut præcedat illius infamia?*

Plures sunt hujusmodi casus, veluti 1. si extent legitima, & sufficientia indicia contra inquisitum, licèt is infamatus non sit de crimine, *n.* 61. 2. Si Judex inquirat ad denunciationem publici Officialis, *n. eod.* 3. Inquisitio facta, sine præcedente infamia, parte non opponente, tenet, *n.* 62. Idque declaratur, *n.* 63. 4. Quando inquisitio non fit ad effectum puniendi crimina, sed corrigendi ob salutem animæ, ut quando inquiritur de vita, & moribus eligendi in Episcopum, vel promovendi ad Ordines; tunc de delictis secretis inquiri potest summariè, de quibus non præcessit infamia, *n.* 64. 5. In crimine læsæ Majestatis, hæresis & Apostasiæ, & aliis delictis enormibus. 6. Quando Judex inquirit specialiter contra aliquem super crimine, de quo priùs generaliter inquisivit, quis sit auctor illius, *cit. n.* 64. Additur alius casus. *n. eod.*

§. V. *Quænam præterea Iure Canonico statuta sunt circa modum procedendi per inquisitionem specialem?*

Inprimis Inquisitores generales, si non servarunt debitum inquisitionis modum, prudenter, & cautè se debent corrigere, ne auctoritas illorum vilescat. *n.* 65. Et quæ sit forma juramenti, quam Inquisitores ab inquisitis exigunt. *n. eod.* declaratur. *n.* 66. & 67. 2. Qui jurat respondere tantùm ad interrogata, & confitetur aliquod crimen, auditur volens se excusare, interpretando confessionem, non tamen eam perimendo: & si sufficienter probat illas exceptiones, liberabitur, dummodo possit probare, quòd sub hac forma juraverit, per scriptum, vel testes. Si verò juravit dicere plenam, & meram veritatem, sed non potest probare illas excusationes, est puniendus. *n.* 68. declaratur. *n.* 69. 3. Non est procedendum ad inquisitionem contra aliquem, nisi priùs constet de infamia illius; & tunc non inimici vel perjuri, sed idonei viri ad prosequendam inquisitionem, & ad testimonium ferendum sunt admittendi. *n.* 70. Idque declaratur. *n.* 71. 4 Si facto processu, constat de crimine, v. g. Abbatis, isque deponatur, non servato juris ordine, licèt verè esset deponendus, injustè tamen est depositus, ob non ser-

vatum Ordinem judiciarium, & sic restituendus foret: quòd si interim alius substituatur, ille injustè est substitutus, cùm primus sit injustè privatus. *n.* 72. Declaratur, *n.* 73.

§. VI. *Quæstiones nonnullæ circa modum procedendi per inquisitionem à Concilio Lateranensi præscriptum occurrentes proponuntur, & resolvuntur.*

Quæritur 1. An in quavis inquisitione servari debeat forma, seu modus præscriptus in Concilio Lateranensi? De hac re agitur. *n.* 74. Quær. 2. Cùm in inquisitione speciali super certo crimine, & contra certam personam procedi possit, vel ex mero Officio Judicis, vel ad partis petitionem ac denunciationem, quomodo isti duo modi differunt. Resp. de hoc agitur. *n.* 75. Quær. 3. Quomodo judicium inquisitionis differat ab aliis judiciis, scilicet accusationis, & denunciationis? Resp. sex differentiæ referuntur. *n.* 76. Aliæ differentiæ ponuntur. *num.* 77. Quær. 4. Quænam specialia sint observanda in inquisitione contra Regulares? Resp. tria, quæ adferuntur, *num.* 78.

§. VII. *Qualiter puniendum sit crimen per modum inquisitionis probatum?*

Si crimen per modum inquisitionis probatum impediat etiam, post peractam pœnitentiam, Ordinis executionem, vel beneficii retentionem, punitur quis, sicut in judicio accusationis, aliàs pœnâ arbitrariâ, *n.* 79. declaratur. *n.* 80. Præterea quando non præcessit infamia, aut clamosa insinuatio contra aliquem, tunc non debent recipi depositiones contra eum, etiamsi plures juramento affirment, illum deliquisse, eis videntibus, nec etiam aliquâ pœnâ puniri debet, ad petitionem eorum, qui in occulto porrigunt libellum infamationis continentem crimina, *n.* 81. declaratur. *num.* 82. Denique non punitur quis de crimine, de quo non constat, nisi per famam, vel testium credulitatem, neque debet quis apud Judicem infamatus reputari, propter dicta paucorum, *n.* 83. declaratur. *num.* 84. Postquam aliquis est confessus certa crimina coram Judice inquirente, non potest se excusare, dicendo, quòd non fuit diffamatus de illis, vel quod Judex non tradidit capitula, super quibus erat inquirendus, sed condemnandus est. *num.* 85.

SECTIO III. *De denunciationibus.*

§. I. *Quid & quotuplex sit denunciatio, & in quibus casibus possit Iudex procedere per denunciationem judicialem?*

ASSERTIO I. Denunciatio in genere est alicujus criminis delatio, seu manifestatio Superiori legitimè facta. Eáque triplex est, Evangelica seu charitativa, Judicialis, & Canonica. Denunciatio Evangelica est, quæ tendit ad pœnitentiam, & correctionem ipsius peccatoris, in qua hic ordo servandus est: delinquens primùm privatim monendus est iterum ac tertiò: deinde adhibito uno, vel altero testium, & denique si pergat esse contumax, denunciandus est Ecclesiæ, *Matth. c.* 18. & habet locum hæc denunciatio in quovis peccatore occulto, modò probari possit, & quilibet potest denunciare charitativè, cujus finis est, ut peccator pœniteat, & corrigatur, *n.* 86. Judicialis denunciatio, alia est publica, [illegible] Judex ex officio suo procedit, per denunciationem [illegible] suorum Officialium, ad publicam vindictam [illegible] nis. Alia est privata, quæ ratione propriæ [illegible] seu commodi instituitur. Alia est Canonica [illegible] quia à SS. Canonibus est introducta, quæ fi[illegible] pediendum, ne quid illicitum fiat, v. g. ne [illegible] ordinetur, vel eligatur, eáque vel generalis, vel specialis, quibus additur quarta species, [illegible] nunciatio regularis, *n.* 87. Theologi communiter dividunt denunciationem in duas tantùm species, charitativam, & pœnitentialem, seu judicialem: charitativa est, in qua crimen defertur Patrono tanquam patrem, ut in secreto corrigat. Judicialis est, quâ crimen defertur ad illum tanquam superiorem publicam, sive Judicem, & quomodo differat [illegible] denunciationes. Est autem duplex denunciatio judicialis, una publica, seu criminalis, quæ ad publicam vindictam, seu pœnam tendit, ob bonum publicum: altera privata, seu civilis, quæ respicit interesse, seu satisfactionem intendit, *num.* 88. Aff. 1. In foro sæculari quilibet Judex ex officio propriæ potest judicialiter, ad denunciationem aliorum Officialium, vel etiam ad denunciationem cujuslibet alterius privati, & quando privata, & specialis requiritur denunciatione? *n.* 89. Aff. 3. De Jure Canonico licet Judex Ecclesiasticus propter peccatum admissum non sit denunciationem Evangelicam, seu charitativam, non tamen judicialem, nisi in certis casibus enumeratis, *n.* 90.

§. II. *Virum ante denunciationem judicialem, seu præcedere debeat secreta monitio, & an etiam aliæ solemnitates in ea servandæ sint, & quando à denunciatione repellantur?*

ASSERTIO I. Si fiat denunciatio judicialis in foro sæculari, sive generalis, & publica, sive specialis, & privata, non debet illam præcedere ulla admonitio. At verò in foro Ecclesiastico, seu Canonico requiritur, saltem si sit specialis, ut admonitio præcedat, eáque trina, vel saltem bina, nimirum semel privatim, & secretò, & secundò coram uno vel duobus testibus, *n.* 91. Unde volens denunciare ex scopum suum, priùs ipsum charitativè admonere debet, alioquin non admittitur jus denunciandi, *n.* 91. Et quid Jure novo Concilii Trident. Sess. [illegible] *6. de reform.* quoad hoc circa Episcopos, eorumque causam statutum sit, habetur, *n.* 92. Aff. 2. Denunciator non tenetur se inscribere ad pœnam talionis subeundam; quando enim in modum denunciationis opponitur, non est inscriptio necessaria, [illegible] defert in scriptis ad Judicem denunciationem, [illegible] ipsemet narrat eam Notario, quia ipso dictante [illegible] git illam in scripta. At verò aliæ solemnitates [illegible] observari, quæ requiruntur in libello accusationis, [illegible] nimirum exprimatur crimen, malefactor, [illegible] locus & tempus commissi criminis, *c. ab perlatis de h. t. n.* 93. Aff. 3. Publicus concubinarius, & [illegible] excommunicatus, & is, qui conspiravit in denunciatum, dum, vel priùs illum non admonuit de crimine, [illegible] nunciare non potest. Item Episcopus non potest [illegible] gravare Clericos, qui legitimè appellarunt ad Sedem Apostolicam super illo delicto, donec causa fuerit terminata, *n.* 94. Declaratur, *n.* 95.

§. III.

§. III. *An pendente inquisitione, ad denunciationem contra Superiorem, seu Prælatum à subditis factam, Superior procedere possit in causa illa contra subditos?*

Sententiæ excommunicationum, suspensionum, vel interdicti latæ, post denunciationem per Abbatem denunciatum pro ipso in Monachos denunciantes, vel adhærentes eisdem, relaxari, & spoliati, pendente lite, ab Abbate restitui, & Judices, sine strepitu Judicii, inquirere debent in personas, & observantias regulares, & corrigere ac reformare, tum Caput, tum membra, & relaxare juramenta de tacenda veritate: sed lite pendente, Monachi non eximuntur ab Abbatis obedientia, ita tamen ut lis non impediatur, & manifestentur Abbati denunciato dicta testium, *n.* 96. Declaratur, *n.* 97. & 98. Præterea si Prælatus denunciatur suspectus de dilapidatione bonorum Ecclesiæ, commissio facienda est super veritate inquirenda, & pendente negotio, ei interdici debet potestas quocunque modo alienandi bona Ecclesiæ, *n.* 99. Declaratur, *n.* 100.

§. IV. *Quomodo procedendum sit, quando crimen opponitur per modum exceptionis, & quomodo super crimine notorio?*

Assertio I. Denunciator criminis non se inscribit ad eandem pœnam, si non probaverit, quia denunciatio non fit ad pœnam, sicut accusatio. Si verò excipiendo objiciatur crimen, distinguendum est, quare opponatur, & quando; si enim objiciatur, ut ab accusatione, vel testimonio aliquis repellatur, non est necessaria inscriptio: sed cùm excipitur, ut quis ab officio, vel beneficio excludatur, si ante confirmationem objicitur, non cogitur se inscribere. Si verò post confirmationem opponitur, quia etiam ab obtinendo repellit, & privat obtento, secundùm arbitrium Judicis, est puniendus, si defecerit in probatione: quando verò agitur de crimine per modum exceptionis, potest intervenire Procurator, *n.* 101. Declaratur. *n.* 102. *& seq.* Ass. 2. In notoriis criminibus, quando & crimen est notorium, & malefactor, non est necessarium, ut servetur ordo juris, neque accusator requiritur, *n.* 104. Alius modus procedendi criminaliter est, si reus in flagranti delicto sit deprehensus, *n.* 105.

## *SERIES CAPITVLORVM.*

### In Antiquis.


*c.* 1. *n.* 5.
*c.* 2. *n.* 91. *& seq.*
*c.* 3. *n.* 13.
*c.* 4. *n.* 41.
*c.* 5. *n.* 16.
*c.* 6. *n.* 24. *& tribus seqq.*
*c.* 7. *n.* 7.
*c.* 8. *n.* 39. *& seq.*
*c.* 9. *n.* 104.
*c.* 10. *n.* 8.
*c.* 11. *n.* 10. *& duobus seqq.*
*c.* 12. *n.* 37. *& seq.*
*c.* 13. *n.* 9.
*c.* 14. *n.* 21. *& seq.*
*c.* 15. *num.* 30. *& duobus seqq.*
*c.* 16. *in princ. num.* 93. §. *Cùm autem. n.* 101. *& duobus seqq.*
*c.* 17. *num.* 65. *& duobus seqq.*
*c.* 18. *n.* 68. *& seq.*
*c.* 19. *n.* 70. *& seq.*
*c.* 20. *n.* 94. *& seq.*
*c.* 21. *in princ. num.* 79. *& seq.* §. *Tertiæ, n.* 81. *& seq. &* §. *Quæsiviſti. n.* 83. *& seq.*
*c.* 22. *n.* 72. *& seq.*
*c.* 23. *n.* 44. *& seq.*
*c.* 24. *n.* 55. *& pluribus seqq.*
*c.* 25. *n.* 52. *& seq.*
*c.* 26. *n.* 96. *& seq.*
*c.* 27. *& ult. num.* 99. *& seq.*


### In Sexto.


*c.* 1. *n.* 85.
*c.* 2. *num.* 62. *& duobus seqq.*


## *TITVLVS II.*

## DE CALUMNIATORIBUS.

§. I. *Quis dicatur Calumniator, & quid sit calumniari, & quali pœnâ sit afficiendus?*

Assertio I. Accusatores, & denunciatores tribus modis delinquunt: vel enim calumniantur, vel prævaricantur, vel tergiversantur. Calumniari est falsa crimina intendere in judicio. Est autem calumnia duplex, vera, si quis falsum crimen scienter alicui objiciat, vel præsumpta, si quis crimen objectum non probat, *n.* 1. Prævaricari est, vera crimina abscondere. Tergiversari est omnino ab accusatione desistere, *n.* 1. Ass. 2. Calumniator, qui scienter alium accusavit, punitur, pœnâ arbitrariâ, quamvis olim pœnâ talionis, *n.* 2. Subdiaconus, qui per calumniam accusat Diaconum, privandus est officio Subdiaconatûs, & verberandus, ac in exilium mittendus, quia quando non potest imponi pœna ordinaria, debet illa commutari in aliam, ad arbitrium Judicis. Verùm pœna publicæ verberationis in Clericis hodie non usurpatur, *n.* 3. & 4.

§. II. *An, & ob quas causas, excusetur Calumniator à calumnia, ejúsque pœnâ, & an etiam denunciator puniatur tanquam calumniator, si in probatione criminis deficiat?*

Assert. I. Etiam in causis criminalibus accusator excusatur à calumnia, si errore probabili ductus accusavit, etsi in probatione criminis defecit, *n.* 5. Quænam in specie sint hujusmodi causæ excusantes, *n. eod.* Quæ tamen solùm excusant in dubio, *n. eod.* Ass. 2. Denunciatores publici non tenentur probare crimina, quæ denunciant, privati verò tenentur, *num.* 6. Qui denunciat crimen, si in probatione deficiat, etiam de Jure Canonico puniendus est pœnâ extraordinariâ, & ad arbitrium Judicis, *num.* 7. & 8.

### In Antiquis.


*c.* 1. *n.* 3. *& seq.*
*c.* 2. *n.* 7. *& seq.*


## *TITVLVS III.*

## DE SIMONIA, ET NE ALIQUID PRO spiritualibus exigatur, vel promittatur.

Sectio I. *De Simonia in genere, ejúsque divisione.*

§. I. *Quid sit Simonia?*

Simonia est studiosa voluntas emendi, aut vendendi aliquid spirituale, vel spirituali annexum. Declaratur, *n.* 1. & 2. Simonia est species quædam sacrilegii adversùs virtutem Religionis, & alias etiam speciales deformitates in se continet, & est ex genere suo peccatum mortale, nec potest ob parvitatem materiæ fieri veniale, *n.* 3. Est etiam interdum contra justitiam, *n.* 4.

§. II. *Quotuplex sit Simonia?*

Simonia alia est, quæ Jure naturali ac Divino est prohibita, eíque repugnat: alia, quæ solùm Jure humano, & Ecclesiastico, *n.* 5. Simonia solo Jure Ecclesiastico prohibita, non est verè ac propriè dicta

Simonia: est tamen peccatum, non solùm contra obedientiam, sed etiam contra virtutem Religionis, & species quædam Sacrilegii ex genere suo mortalis, & iisdem pœnis punitur, quibus aliæ Simoniæ, quæ sunt contra Jus Divinum, *n. 6.* Dividitur etiam Simonia in mentalem, conventionalem, & realem. Mentialis dicitur, quæ habet opus externum adjunctum, quod tamen nullo signo externo apparet esse Simoniacum, ut si quis rem spiritualem alicui conferat, animo obligandi illum ad reddendam rem temporalem, *n. 7.* Simonia conventionalis est, quæ verbis, & signis exteriùs consummatur per mutuum pactum expressum, vel tacitum, sed quæ nondum est executioni mandata, ex neutra parte, *n. 8.* Simonia realis est, quæ ex utraque parte ipsâ rei traditione est completa, quia ex una parte data est res spiritualis, ex altera parte pretium, vel pars illius, *n. 9.*

SECTIO II. *De materia Simoniæ, sive rebus, in quibus committi potest hoc crimen contra Jus Divinum, vel humanum, seu Ecclesiasticum.*

§. I. *De Simonia, quæ committitur circa res merè ac intrinsecè spirituales, & inprimis circa gratiam, Sacramenta, & Sacramentalia.*

ASSERTIO I. Simonia propriè dicta contra Jus Divinum committitur, si quis pro pretio temporali vendat, vel emat gratias spirituales, ut gratiam sanctificantem, vel gratis datas, quod dupliciter fieri potest, *n. 10.* Ass. 2. In specie Simonia contra Jus Divinum est dare, vel accipere pretium pro 7. Sacramentis Ecclesiæ, vel pro Sacrificio Missæ, *num. 11.* Quâ ratione vendere Eucharistiam sit peccatum Simoniæ, *n. 12.* Etiam matrimonium, quatenus Sacramentum est, vendi non potest, absque Simonia: secus est, si consideretur, quatenus naturalis, & civilis contractus est, *n. eod.* Sacramenta vendi possunt, absque Simonia, quoad materiam remotam, ut panis, vinum, oleum &c. si scandalum absit, & nulla lex Ecclesiastica id prohibeat, *n. eod.* Licitum est in extremâ, vel etiam gravi necessitate dare pretium pro Sacramentis, si quis non velit illa administrare gratis, v. g. pro Baptismo, vel etiam Sacramento pœnitentiæ in articulo mortis, *n. 13.* Ass. 3. Etiam Sacramentalia sunt propria materia Simoniæ contra Jus Divinum, ut sunt benedictio nuptialis, aquæ, olei, consecratio calicis &c. *n. 14.*

§. II. *De Simonia, quæ committitur circa Ordines, eorúmque collationes, & præsentationes ad Ordines.*

ASSERTIO I. Simonia est contra jus naturale, vendere, vel emere omnes functiones, seu actus, qui ex potestate Ordinis procedunt, etiam Ordinum Minorum, *n. 15.* Ass. 2. Neque Episcopi, nec eorum Ministri possunt pro conferendis Ordinibus, vel Litteris super iis conficiendis, quippiam temporale accipere, & multò minùs exigere, neque ii, qui ordinantur, dare, *n. 16.* Quinam hîc intelligantur nomine Ministrorum, *n. 17.* Non potest pro collatione etiam primæ Tonsuræ aliquid temporale accipi, vel dari, absque Simonia, *n. eod.* Episcopus non tantùm pro collatione Ordinis, sed etiam pro litteris dimissoriis, vel testimonialibus aliquid temporale licitè accipere non potest, *n. eod.* Quid de hoc hodie statutum sit in Decreto Concilii Tridentini *Sess. 21. c. 1. de reform. n. 18.* Item quæ pœnæ decretæ fuerint Jure antiquo in dantes, & accipientes munera ob natis, *n. 19.* Et quæ statuta sunt de collatione num, etiam locum habent in collatione beneficiorum, quòd etiam nihil temporale liceat accipere, *n. 19.* Ass. 3. Non solùm Simonia committitur detur pecunia, vel aliud pretio æstimabile conferendo ti Ordinem, sed etiam si detur præmium ad Ordines: *num. 20.* Quæcunque pecunia etiam modica quantitate sufficit ad Simoniam, si pro re spirituali promittatur, aut detur, *num. 21.* Ass. 4. Simonia etiam committit ille, qui convenit cum alio Clerico Beneficiario, ut ipsum præsenter Episcopo ordinandum ad titulum beneficii illius, cum pacto, ut petiturum aliam portionem ex eo beneficio, a cum talibus dispensare potest solus Papa, vel secundùm alios, Episcopus, *n. 23.* Non debet recipere Ordinem ab eo, quem credit esse Simoniacum, quamvis ministrare possit in iis Ordinibus priùs ab eo recepit, *num. 24.* Simoniacus non potest conferre Ordinis executionem alteri, cui ipse dispensus ab Ordine: quòd si Ordinem sponsorem cipit à tali Simoniaco, sustinetur, ut Ordine licepto ministret, *n. 25.* Cur is, qui recipit Ordinem ab Ordinante Simoniaco, permittatur ministrare in Ordine susceptо, sed non possit promoveri ad altiores Ordines, *n. eod.*

§. III. *De Simonia, quæ committitur circa Divina Officia, ac Officium prædicationis, & ex Ecclesiarum vel redimi possint?*

ASSERT. I. Officia Divina, sive orationes publicæ Ecclesiæ, quæ fiunt in publicis Processionibus & Litaniis, & in Choro, sunt propria materia Simonia ita ut illa emere, vel vendere sit Simonia contra Divinum, Idémque est de privatis orationibus, pretio vendantur: secus si pro iis pecunia detur modum eleemosynæ, vel stipendii ad sustentationem necessarii, *n. 26.* Ass. 2. Pro officio prædicationis aliquid temporale accipere tanquam pretium est Simonia contra Jus naturale ac Divinum, est, si accipiatur, vel detur in necessariam sustentationem, *n. 27.* Ass. 3. Sicut Ecclesia emi non potest absque Simonia, ita nec redimi, seu redimendo *n. 28.* Et declaratur, *n. 29.* Pecuniam dare, cipere, non solùm pro functionibus spiritualibus, g. administratione Sacramentorum, celebratione Missæ &c. sed etiam pro æstimatione laboris coralis, qui hujusmodi sacris, & spiritualibus actibus per se, & intrinsecè ac necessariò est conjunctus est Simonia contra Jus Divinum, & naturale. est de labore, qui non per se, & intrinsecè, sed accidens solùm, & extrinsecè est annexus actioni rituali, & ab ea separabilis, v. g. pro labore Vel Cantûs in Missa: nam pro hoc dare, vel accipere pecuniam non est Simonia, *n. 30.*

§. IV. *De aliis variis actibus, & rebus spiritualibus, vel his annexis, pro quibus aliquid temporale dari, vel accipere etiam specialiter prohibitum sit Jure Canonico.*

Inprimis Simonia est petere pecuniam pro ingressu Religionis, vel vendere Prioratum aut Capellam Monachorum aut Clericorum; vel pro regimine ipsorum committendo, & tam dans, quàm recipiens & consentiens est Simoniacus, *n. 31.* Item pro lege

tura, Chrismatis, & Olei benedictione pretium non potest exigi, absque Simonia, nec excusat consuetudo contraria, *n.* 32. Secundò Simoniacum est exigere pretium pro Prælatis, vel aliis personis Ecclesiasticis ponendis in Sede Ecclesiastica, vel Sacerdotibus instituendis in Ecclesiis, aut pro sepeliendis mortuis, benedicendis nuptiis, vel pro conferendis Sacramentis, aut collatis, *n.* 33. Tertiò pro Ecclesiarum consecratione nihil est exigendum, præter procurationem, *n.* 34. Quartò prohibitum est, ne pro Chrismate aut oleo consecrato ab Ecclesiis pecunia exigatur, sive ea Cathedratica, sive Paschalis præstatio, sive Episcopalis consuetudo vocetur, *n.* 35. Non tantùm autem prohibetur pecunia exigi pro Chrismate, seu Sacramento Confirmationis, sed etiam pro ipso balsamo, & oleo consecrato, *n.* 36. Similiter Simonia est accipere, vel exigere pecuniam pro Chrismate, licèt anticipetur solutio, & mutetur illius nomen, vocando eam Paschalem, & non Chrismalem, non obstante contrariâ consuetudine, *n.* 37. Item pro investitura Ecclesiarum non debet pecunia, vel aliud quid temporale exigi, vel accipi, & Archiepiscopus talem pravam consuetudinem tollere debet, *n.* 38. Quintò pro officio, seu ministerio Ecclesiastico exercendo, vel pro Vicariis assignandis, vel pro Chrismate pecunia exigi non potest, *n.* 39. Sextò Capellanus, seu Parochus pro benedictionibus nubentium, & exequiis mortuorum, nihil potest accipere, & acceptum restituere debet, *c. Suam. 29. h. t.* Idque declaratur, *n.* 40. Septimò, denique Simoniacum est pro consecrationibus Episcoporum, & benedictionibus Abbatum, & Ordinationibus Clericorum aliquid temporale, ante vel ex post facto dare, vel accipere, non obstante contrariâ consuetudine, *c. Sicut. 39. h. t. n.* 41.

§. V. *An exigere aliquid temporale pro re spirituali, ratione consuetudinis, excusari possit à vitio Simoniæ?*

De hac quæstione agitur in *c. Ad Apostolicam. 42. h. t.* Ubi decernitur Ecclesiastica Sacramenta esse liberè conferenda, & pravas exactiones, ut pro exequiis, & benedictionibus nubentium, & similibus, non esse faciendas. Episcopi debent laicos cogere ad laudabilem consuetudinem erga S. Ecclesiam piâ fidelium devotione introductam servandam, *n.* 42. An, & quâ ratione populus cogi possit, saltem Officio Judicis, ad servandam honestam ac piam consuetudinem, ut aliquid detur pro sepulturis, exequiis mortuorum, & similibus, *n.* 43. Per diuturnam consuetudinem dandi aliquid Clericis pro spiritualibus ministeriis, ad quæ ex officio sunt obligati, acquiritur Ecclesiis, vel ipsis Clericis jus ad similes oblationes faciendas, per modum cujusdam præscriptionis, & consequenter Parochiani manent obligati ad illas præstandas, non ex voto populi, seu voluntate obligandi se ad illas, sed ex vi Juris acquisiti Ecclesiæ, ad quod non est necessarius consensus Parochianorum, idque declaratur, *n.* 44. Ad inducendam hujusmodi consuetudinem, & obligationem sufficit tempus X. annorum, etiam Jure Canonico, & est observanda, etiamsi Clerici sint divites: & quæ recipi possunt ex laudabili consuetudine pro administrandis spiritualibus, peti non possunt, antequam administrentur, *n.* 45.

SECTIO III. *De Simonia, quæ committitur in actibus jurisdictionis Ecclesiasticæ, & in ingressu, sive admissione ad Religionem?*

§. I. *An actus pertinentes ad jurisdictionem spiritualem fori interni, vel externi sint materia Simoniæ?*

ASSERTIO I. Simonia est dare, vel accipere pretium, vel aliud quid temporale, pro omni actu jurisdictionis fori interni conscientiæ, seu pertinentis ad curam animarum, ut pro Confessione audienda, vel absolutione conferenda, vel pro levi imponenda pœnitentia, vel illa augenda, *n.* 46. Secundò committitur Simonia, si delegetur potestas absolvendi, ut si Parochus committat alteri Sacerdoti pro pretio, ut vice suâ audiat Confessiones suorum subditorum. Tertiò, si pro pretio committatur potestas absolvendi à censuris. Quartò, si pro concessione Indulgentiarum detur, vel recipatur pecunia &c. *n.* 47. Ass. 2. Simonia est contra Jus naturale ac divinum vendere, & emere actus, quibus jurisdictio spiritualis fori externi ordinaria, vel delegata confertur, *n.* 48. Ass. 3. Simonia est pro omni actu jurisdictionis voluntariæ pretium dare, vel accipere, veluti pro dispensatione in voto, juramento, & impedimento matrimonii, irregularitate, vel lege aut præcepto Ecclesiastico. Est tamen licitum in hujusmodi dispensationibus aliquid exigere, non ut pretium dispensationis, sed per modum mulctæ, per quam compensatur recessus à lege communi ad causam piam applicandæ, quod maximè locum habet in dispensatione votorum: vel in pœnam alicujus prioris delicti: vel etiam per modum stipendii, seu subsidii sustentationis. Idque magis fieri potest ac solet in dispensationibus, quàm in aliis gratiis, quia dispensationes sunt odiosæ, quippe derogantes Juri communi: & decet, ut eæ onerosæ reddantur, ne si facilè impetrari possint, & absque sumptibus, eæ importunè petantur, *n.* 49. Ass. 4. Simonia quoque committitur, si pretium detur, vel accipiatur pro actibus Ecclesiasticæ jurisdictionis contentiosæ, cujusmodi sunt omnes actus Judicii Ecclesiastici usque ad prolationem sententiæ. Talis autem est etiam ligare censurâ, vel ab ea absolvere, si pretio id fiat: speciatim pretium exigere, vel accipere pro absolutione ab excommunicatione, *n.* 50. Non autem committitur Simonia, si pecunia detur ad redimendam vexationem, ut quis absolutionem ab excommunicatione, vel aliis censuris obtineat, *n.* 51. Ass. 5. Simonia quoque committitur, & quidem contra Jus Divinum, si quid temporale detur, vel exigatur, & accipiatur pro actibus jurisdictionis Ecclesiasticæ, voluntariæ, vel contentiosæ, qui proximè versantur circa materiam temporalem, & politicam, ut si Judex Ecclesiasticus cognoscat causas civiles, seu sæculares inter Clericos de bonis temporalibus ac profanis, vel de criminibus communibus Clericis, & laicis: quò etiam pertinet legitimatio facta ad profanos honores, & bona temporalia, *num.* 52. Aliud est de actibus, qui procedunt à propria jurisdictione temporali, qualem habent plerique Episcopi in Germania: nam pro illis exigere, & accipere pretium non est Simonia, *cit. num.* 52.

§. II. *An*

§. II. *An sit Simonia pretium, vel aliud temporale quid dare, vel accipere pro omissione actûs jurisdictionis Ecclesiasticæ, vel alterius actûs spiritualis?*

ASSERTIO I. Non est Simonia, dare alicui pecuniam, ut abstineat ab actu spirituali, quem aliàs injustè, sacrilegè, vel simoniacè facturus esset, *n.* 53. Assert. 2. Tunc Simonia committitur propter omissionem spiritualis jurisdictionis, quando negatio alicujus actûs spiritualis procedit à potestate Ecclesiastica, ita ut actum aliquem exercere sit moraliter hominem auctoritativè ligare, vel detinere: & talis omissio censetur moraliter provenire à dicta jurisdictione. Ut si quis post auditam alicujus Confessionem, deneget ipsi absolutionem, propter datam à tertio pecuniam, *n.* 54. Nomine autem actûs comprehenditur hîc etiam carentia, sive negatio actûs, & omissio rei debitæ æquiparatur commissioni, quod non fit sine actu aliquo positivo, quo Judex Ecclesiasticus declarat se nolle hunc absolvere, *n.* 55. Ass. 3. Si omissio actûs spiritualis non sit omissio spiritualis jurisdictionis, sed alterius actûs spiritualis, quamvis aliàs ex officio debiti, sed nullum effectum moraliter post se relinquens, tunc non est Simonia pro tali omissione aliquid dare, vel accipere, nisi intuitu alicujus spiritualis boni vendatur, vel majore pretio æstimetur. Ut si Sacerdos pecuniam accipiat, ut Missam non dicat, ad quam ex officio tenetur, vel ut subditi Confessionem non audiat, *n.* 56. Porro prohibitum est Presbyteris, ne aliquid temporale accipiant propter celandum peccatorem publicum Episcopo, vel Ministris ejus, tanquam contrarium bonis moribus, & officio Clericorum; non autem tanquã Religioni contrarium, & ut simoniacum, quia ad essentiam Simoniæ requiritur, ut ab una parte pretium, sive aliquid temporale detur, vel promittatur, & ab altera aliquid spirituale detur, vel accipiatur: at verò si quis pretium recipiat, ut non denunciet publicum peccatorem Episcopo, vel ut non corrigat, nihil spirituale dat, sed tantùm omittit facere, quod deberet, quia ad Presbyterum, seu Parochum pertinet delicta subditorum corrigere, vel ad Episcopum corrigenda deferre; non autem Simoniam committit, ut patet ex c. *Nemo.* 14, *h. t.* in priore ejus parte, ubi nulla de Simonia fit mentio. Si verò Parochus aliquid temporale accipiat, ut peccatum alterius celet, vel non denunciet Episcopo, vel Prælatus ut subditum non corrigat: ut si Parochus pecuniam accipiat, ne denunciet Parochianum non suscipientem Evcharistiam in Paschate, Simoniam committit, de quo agitur in posteriore parte dicti cap. *Nemo*, *n.* 57.

§. III. *Vtrùm dare, vel accipere aliquid temporale pro ingressu, sive admissione in Religionem sit Simonia?*

ASSERTIO I. Dare, vel accipere aliquid tanquam pretium pro ingressu Religionis, secundùm se, & ex vi Juris Divini simoniacum est, sive aliquid temporale accipiatur pro ipsa professione, sive solùm pro ingressu ad probationem, & suscipiendum habitum Religionis, *n.* 58. Assert. 2. Pro sustentatione personæ ingredientis Religionem, vel etiam in ea profitentis aliquid temporale exigere, vel accipere, non est ex natura rei simoniacum, nec illicitum, si Monasterium sit inops, & Regula Ordinis id permittat. Si verò Monasterium sit dives, non esse Simonia prohibita Jure Ecclesiastico, quæ contraria consuetudo non debeat tanquam [illegible] ca reprobari, *n.* 59. Licitum est autem non [illegible] spontè oblatum pro necessaria sustentatione [illegible] dientis Religionem accipere, sed etiam de eo pac[illegible] si Monasterium sit inops, *n.* 60. Prohibetur autem [illegible] ne Prælati Ordinum, vel Capitula, seu Conventus, [illegible] aut singulares personæ, sive mares, sive mulieres, à volentibus ingredi Religionem, sive anté, sive [illegible] directè, vel indirectè, pastus, jocalia, pecunias, [illegible] alias res ad usum Ecclesiasticum, vel pium deputa[illegible] petere præsumant, *Extravag.* 1. *in princ. h. t.* [illegible] *munes. h. t.* Excipitur, nisi ipsæ personæ ingredientes purè, spontè ac liberè, & omni pacto cessante, [illegible] liquid dederint, vel obtulerint: ubi tamen non pro[illegible] hibetur titulo sustentationis, etiam intervenien[illegible] pactione, aliquid exigere, vel accipere, si vera adsit paupertas, & indigentia, ex parte Monasterii non de[illegible] Idque confirmatur etiam ex Concilio Trident. *Sess.* 25. *c.* 16. *de Regular.* Prohibetur etiam, ne ejusdem persona ingrediens aliquid accipiat à Religione, seu Monasterio, ut ingrediatur, *n.* 61.

§. IV. *De alijs modis, quibus committitur Simonia in ingressu Religionis, ejusque pœnis.*

Inprimis si Abbas & Conventus pro pretio recipiunt Monachum, ex pacto, ab officio & [illegible] sunt suspendendi, & pecunia restituenda et [illegible] ita ingressus cum habitu ad aliud Monasterium [illegible] ire debet, *n.* 62. idque declaratur, *n.* 63. Semel [illegible] Monachi scienter per Simoniam sunt ingressi [illegible] nasterium, debent illud dimittere, & ad [illegible] nem, vel alia Monasteria strictiora, ad agendam [illegible] pœnitentiam. Si verò ipsis ignorantibus [illegible] pecunia, cogendi sunt renunciare eidem loco: [illegible] stea reducendi sunt ad eundem locum, si ibi [illegible] scandalo manere possint, vel collocandi sunt [illegible] ejusdem Ordinis loco, in quo serviant DEO [illegible] *Regularibus.* 25. *h. t. n.* 64. declaratur, *n.* 65. [illegible] tiò, quando contra plures simoniacè per pretium [illegible] Monasterijs receptos, accusatio fuerit Canonica [illegible] stituta, probato juridicè crimine, tam dantes, [illegible] accipientes, canonicâ pœnâ mulctantur. Si [illegible] solam inquisitionem de crimine constiterit, [illegible] ctiora Monasteria, ad agendam pœnitentiam [illegible] debent: sed Superioribus & Officialibus, qui [illegible] niacè illos receperunt, competens pœnitentia [illegible] imponenda, & dum illam faciunt, suspendi [illegible] ab executione Ordinum, *c. Dilectus*, 30. *h. t.* [illegible] declaratur, *n.* 67. Quartò, si Moniales, vel [illegible] chi per pretium in Monasterijs sint recepti, [illegible] paupertatis, tam recepti, quàm recipientes [illegible] sterio sunt ejiciendi, & in arctius Monasterium [illegible] perpetuam pœnitentiam, sine spe restitutionis [illegible] dam, detrudendi. Quòd si forte alibi commodè [illegible] locari non possint, dispensativè de novo in [illegible] Monasterijs recipiantur, Diœcesani verò per [illegible] Diœceses, singulis annis hoc publicari faciant, [illegible] *Quoniam.* 40. *h. t. n.* 68. declaratur, *n.* 69. Quoniam [illegible] qui dant, vel accipiunt aliquid, ob ingressum Ab[illegible] gionis, si sint personæ singulares, excommunicati [illegible] ni: si verò Capitulum, vel Conventus fuerit delin[illegible] sioni est ipso facto subjectus, à qua absolvi non [illegible] ant, nisi à Papa, alijs juris pœnis in suo robore [illegible]

manentibus, *Extravag.* 1. *Inter Communes.* §. *Nos igitur. n.* 70. Si aliquid merè spontè detur, & accipiatur in ingressu Religionis, sine pacto, nulla incurritur censura: neque si quid detur, vel accipiatur in sustentationem ejus, qui ingreditur, quia Monasterium non habet sufficientes reditus ad illum alendum, etsi pactum intercedat, est Simonia saltem Juris Divini, quamvis sit Simonia contra Jus Ecclesiasticum, *n.* 71. Potest tamen Simonia committi, si quis pretio recipiatur ad habitum Religionis, sed pœnæ Juris non incurruntur, nisi professio fuerit secuta, *cit. n.* 71. Neque prædictæ censuræ excommunicationis, & suspensionis habent locum in dote, quæ datur Monasterijs fœminarum, sed in Religionibus virorum rarò Simonia committitur, *cit. n.* 71. *in fine.*

SECTIO IV. *De Simonia, quæ committitur in Beneficiis Ecclesiasticis, & circa Officia Ecclesiæ temporalia.*

§. I. *Vtrùm Simonia, quæ committitur in venditione Beneficiorum Ecclesiasticorum, sit contra Jus Divinum: an verò solùm contra Jus positivum, seu Ecclesiasticum?*

Quatuor regulæ traduntur circa venditionem rerum, quæ sunt annexæ rebus spiritualibus, antecedenter, concomitanter, vel consequenter, *n.* 72. Beneficium quoad ipsum jus exercendi Ministeria spiritualia, seu Officia Ecclesiastica Jure Divino vendi non potest, *n.* 73. Sed neque beneficium, quatenus est jus percipiendi reditus Ecclesiasticos, qui titulo spirituali sunt annexi, sine vitio Simoniæ vendi potest, *n. eod.* An accipere pecuniam pro collatione Beneficij, quatenus præcisè est jus percipiendi reditus temporales, annexum tamen spirituali juri, sive titulo beneficij, qui consistit in officio, seu potestate exercendi spiritualem aliquam functionem, sit Simonia prohibita Jure Divino, an verò solùm Jure Ecclesiastico? Triplex est sententia. Prima affirmat esse contra Jus Divinum. Secunda, esse tantùm Simoniam contra Jus Ecclesiasticum: Tertia vendere beneficium curatum, esse Simoniam contra Jus Divinum, non verò simplex, *n.* 74. Sed verius est, esse Simoniam contra Jus Divinum, & naturale, idque probatur, *n.* 75. Item prohibitum est vendere Prioratus & Capellas Monachorum aut Cleticorum, & ne pro Prælatis instituendis pretium exigatur, & tam dans, quàm accipiens est Simoniacus, *c. Non satis.* 8. *h. t.* Et damnatur consuetudo hujusmodi in *c. Cùm in Ecclesiæ.* 9. *eod. n.* 76. ubi etiam ratio redditur. Solvuntur duæ objectiones, *n.* 77. Excipi debet, nisi jus percipiendi Ecclesiasticos reditus temporales auctoritate Summi Pontificis separatum fuerit à spirituali titulo beneficij, sive jure officij spiritualis; tunc enim extinguitur titulus spiritualis officij, & vendi potest beneficium, quia nihil spirituale venditur, sed merè temporale, *n.* 78.

§. II. *Quibus modis committitur Simonia in collatione beneficiorum, & electione ad Prælaturas, & alia beneficia Ecclesiastica?*

ASSERTIO I. Committitur Simonia primò, si collator pecuniam, vel aliud quid temporale exigat pro ipsa collatione beneficij. Secundò, si aliquid temporale exigatur pro inductione, seu immissione in possessionem beneficij collati: multò magis prohibitum est tanquam simoniacum, aliquid exigere pro ipsa institutione Rectoris, vel alterius Clerici in beneficio, vel pro consensu præstando in ejus institutionem, & si quid acceptum est, in duplum restitui debet, *c. Audivimus.* 41. *h. t. num.* 79. declaratur, *num.* 80. Præterea in *c. Ne DEI.* 43. *h. t.* specialiter præcipitur ab Abbatibus Cisterciensibus, ut solemniter non installentur, sed satis est, ut profiteantur sub forma profitendi consueta, *num.* 81. Tertiò committitur Simonia, si homagium præstetur pro beneficio obtinendo, *c. Ex diligenti.* 17. *h. t. n.* 82. declaratur, *n.* 83. Cur homagium non possit præstari pro spiritualibus, possit autem juramentum fidelitatis, *n. eod.* Quando homagium præstitum pro beneficio Ecclesiastico non egeat absolutione, *n.* 84. Quartò committitur Simonia, si pro temporali obsequio promittatur beneficium Ecclesiasticum, *c. Cùm essent.* 12. *h. t. n.* 85. An possit quis servire Episcopo, spe consequendi ab ipso beneficium, absque Simonia, & an etiam, si Episcopus promittat alicui certum stipendium solùm ad tempus, donec beneficium ipsi contulerit, sit Simonia? *n.* 86. Assert. 2. Similiter committitur Simonia in electionibus ad Prælaturas, vel alia beneficia Ecclesiastica in casibus expressis? *n.* 87.

§. III. *Quomodo Simonia committatur in receptione Canonicorum?*

Simonia est alicui Ecclesiæ dare, vel offerre bona sua, cum pacto, vel conditione ut recipiatur in Canonicum, & illa bona habeat pro præbenda: secùs est, si simpliciter roget, ut admittatur in Canonicum, *c. Tua nos.* 34. *h. t. n.* 88. Quòd si quis bona principaliter dat Ecclesiæ, eo animo, ut Canonicus fiat, aliàs non daturus, sine omni tamen pacto: & vicissim Canonici eum hâc intentione admittant, sine ullo pacto, committitur Simonia mentalis, quæ non obligat ad restitutionem, *n.* 89. Recepto in Canonicum assignari debet præbenda, & reditus Canonicatûs, non obstante consuetudine de parando priùs prandio, *c. Iacobus.* 44. *h. t. n.* 90. Quæ requirantur, ut licitè possit aliquid temporale etiam modicum, v. g. prandium à Canonicis pro illorum receptione exigi & recipi, *n.* 91. Si tamen spontè, ac liberaliter aliquid temporale detur, sine pacto, non potest damnari talis consuetudo, *n. eod.*

§. IV. *An electio, præsentatio, confirmatio, collatio, vel alia provisio beneficij simoniaca sit ipso jure irrita?*

ASSERTIO I. Electio, vel collatio beneficij per Simoniam facta non est irrita jure naturæ, sed valida, *n.* 92. Assert. 2. Electio, collatio, præsentatio, confirmatio, vel quævis alia provisio, seu promotio ad dignitatem, Officium Ecclesiasticum, aut quodvis beneficium simoniacè facta, sive Simonia commissa sit ab ipso electo, aut provisо, sive ab alio, ipso sciente, & non contradicente, jure Ecclesiastico est irrita, *n.* 93. Quare si quis electioni contradicat, & amici electi, eo conscio, & volente, pecuniam dederint contradicenti, & sic cessante contradictione, is eligitur, ac administrat, Simoniam committit, & tenetur statim administrationem relinquere, *c.*

*Matthæus. 23. h. t. cit. n. 93.* idque declaratur, *n. 94.* Assert. 3. Electio, collatio, vel quævis alia provisio beneficij simoniaca irrita est, quamvis ignorante electo, vel proviso, facta sit, *c. Insinuatione. 26. h. t.* Nam si quis Canonicatui renunciet, eò quòd per Simoniam ad illum ignoranter assumptus fuit, & postea de novo ex compassione ad eundem eligatur, obtinebit ultimum locum in Choro, & ipse nihil poterit prætendere, vel sibi vendicare, ratione primæ electionis, *n. 95.* declaratur, *n. 96.* Qui consecutus est beneficium per Simoniam ab alio commissam, ipso ignorante, non potest illud, bonâ conscientiâ, retinere, sed debet illud resignare, *cit. n. 96.* Præterea electio, vel collatio simoniaca est ipso jure irrita, etiamsi facta sit, electo, vel instituto inculpabiliter ignorante, *c. Nobis. 27. h. t.* ubi dicitur, quòd electio simoniaca alicujus ab alijs, ipso inscio, facta sit reprobanda, nisi constet, quòd ille malitiosè commiserit Simoniam in fraudem eligendi: ubi etiam additur, quòd cum tali simoniacè electo Episcopus dispensare non potest, *n. 97.* quomodo intelligendum sit, electionem simoniacam esse penitus reprobandam, *n. 98.* Denique electio, vel provisio simoniacè facta, etiam ignorante electo, vel proviso, est irrita, *Extravag. 2. §. Per electiones. h. t. Inter Communes, n. 99.* Idque extenditur primò, quòd talis electio, vel promotio ad Ecclesiasticum beneficium per Simoniam facta, quamvis ignorante electo, sit irrita, ut ad idem officium obtinendum, durante illâ vacatione, sit inhabilis. Secundò, quòd sit nulla, sive Simonia fuerit manifesta, sive occulta, *cit. Extrav. 2. in princ.* Tertiò, etiamsi pecunia promittatur, vel detur, sive omnibus electoribus, vel collatoribus, sive etiam uni tantùm, cæteris ignorantibus, *cit. c. Nobis. 27. h. t. n. 100.* Quartò, electio, vel collatio beneficij simoniacè facta est irrita ipso jure, sive Simonia fuerit, realis, sive conventionalis tantùm, *cit. num. 100.* Quamvis contrarium, quòd, ut collatio beneficij ipso jure sit nulla, necessariò requiratur, & traditio beneficij, & datio pecuniæ, vel alterius rei temporalis pro spirituali, sit probabile, & in praxi tutum, *cit. n. 100.* Quintò, acquisitio beneficij est ipso jure irrita, sive commissa sit Simonia contra Jus Divinum, sive contra Ecclesiasticum tantùm, etsi oppositum etiam sit probabile, *cit. n. 100.* Sextò, irritantur etiam omnia beneficia Ecclesiastica majora, & minora, seu simplicia per Simoniam acquisita, *n. 101.*

§. V. *Quando electio, vel collatio beneficij simoniacè facta, ignorante electo, vel proviso ipso jure sit irrita?*

Electio, vel collatio beneficij simoniacè facta, etiam ignorante electo, vel proviso, ipso jure est irrita, exceptis duobus casibus. Prima exceptio est, si inscio electo, vel proviso, ab alio promissa est, vel data in fraudem eligendi, vel providendi, ut ejus electio, vel collatio ei facta cassaretur, *c. Nobis. 27. h. t.* Altera exceptio est, si electus, vel provisus contradicat promissioni simoniacæ ab alijs factæ; tunc enim valida est electio, vel collatio, etsi pecunia promissa, vel etiam data sit, *c. Sicut. 33. h. t.* ubi habetur, quòd omnes etiam parvuli, qui nescientes per pecuniam aliorum sunt adepti Ecclesias, illas tenentur dimittere, nisi prohibeant, ne detur pecunia, & in eadem voluntate perseverent, nec deinde consentiant, solvendo promissam pecuniam, vel redolutam, ideóque nihil debet ipsi electo, [illegible] mato ad culpam, & ad pœnam imputari, [illegible] sit præbere consensum, & aliud expresse [illegible] Qui verò dederunt, vel receperunt pecuniam, [illegible] nicè puniendi sunt, si eorum excessus [illegible] quia alioquin Ecclesia non judicat de occultis, [illegible] 102. declaratur, *n. 103.* Spectato jus communi valida est electio S. Pontificis etiam simoniacè [illegible] *num. 104.*

§. VI. *An, & quatenus licitum sit dare, vel accipere pretium ad redimendam vexationem in beneficijs, vel non sit licitum?*

Tres hac de re traduntur regulæ, seu conclusiones. Prima est, post jus acquisitum in beneficio per electionem, collationem, vel provisionem, nec ob Simoniam pecuniâ, vel aliâ re pretio æstimabili redimere vexationem, quæ ad jus in beneficio acquisitum injustè infertur, *n. 105. c. Dilectus. 55. h. t.* ubi habetur, quòd si quis det Prælato, seu Superiori pecuniam, ne ipsum de facto molestet in jure sibi [illegible] contra pactum illum molestet, debet restituere pecuniam, *n. 106.* Respondetur ad duas objectiones, *n. 107.* Tres sunt conditiones, quæ requiruntur, ut redemptio vexationis illatæ in beneficio acquisito sit licita, expressæ, *n. 108.* Secunda regula est, quo jure nondum acquisito, sed primùm acquirendi, non licet, absque Simonia, oblatâ pecuniâ, redimere vexationem, etiam injustam ab eo, qui non tantùm obesse, sed etiam prodesse potest id est [illegible] spectat potestas dandi illud spirituale, quod [illegible] rendum est, *n. 109.* ubi id declaratur. Tertia regula est, non est Simonia, vexationem injustam pecuniâ redimere, etiam antequam jus acquisitum [illegible] neficio, si is, cui datum est pretium, obesse [illegible] possit, sed non prodesse, seu nihil conferre [illegible] beneficium obtinendum, *n. 110.* ubi id exemplo declaratur. Dubium est, an si quis post confirmationem, vel collationem factam, adeóque post acquisitum plenum jus in beneficio, quoad proprietatem injustè impediatur ab acquirenda possessione, [illegible] redimere pecuniâ hujusmodi vexationem, etiam eo, qui potest prodesse, sive in possessionem immittere? probabilius affirmatur, *n. 111.* Idque [illegible] in provisionibus beneficiorum, non autem in actibus non beneficialibus, seu meræ spiritualibus, ut in Sacramentis, vel in absolutione à censuris, quibus non est prohibitum vexationem pecuniâ redimere, *cit. n. 111. in fine.*

§. VII. *De Simonia confidentiali, sive quæ committitur in resignationibus, & provisionibus beneficiorum. Spe, & confidentiâ factis.*

Quæritur primò. Quæ sit, & dicatur Simonia confidentialis? Resp. est certa species Simoniæ [illegible] alijs distincta, & à Jure positivo damnata, & [illegible] bita, quæ tum committitur, cùm quis alicui [illegible] rat beneficium conferendo, vel aliter provi[illegible] cum pacto, ut illud idem beneficium, post [illegible] elapsum, alteri conferat, vel resignet, *n. 112.* [illegible] Simonia habet locum in omnibus beneficijs, [illegible] vel simplicibus, secularibus, vel Regularibus, [illegible] in renunciationibus, & alijs quibuscunque [illegible] nibus beneficiorum, non autem in pensionibus [illegible] in permutationibus beneficiorum, ut probabi[illegible] est, *n.*

est, sed communis solùm Simonia, *num.* 113. Quale pretium in hac Simonia intervenire potest, *num. eod.* Quær. 2. Quibus modis committatur Simonia confidentiæ? Resp. tribus, per accessum, regressum, vel ingressum, *n.* 114. ubi id declaratur. Quær. 3. Quæ pœnæ decretæ sint in Simoniacos confidentiales? Quatuor enumerantur, *num.* 115. An ad has pœnas incurrendas necessarium sit, ut Simonia confidentialis sit opere ex utraque parte completa, *cit. num.* 115. *in fine.*

§. VIII. *De Simonia, quæ committitur in pensionibus solvendis ex bonis Ecclesiasticis.*

Quær. 1. An sit Simonia emere, vel redimere pensionem Ecclesiasticam, hoc est, jus percipiendi partem fructuum ex alieno beneficio? Resp. pensiones merè temporales, quæ etiam laicis pro ministerio temporali, vel ob aliam justam causam solvuntur ex Ecclesiasticis reditibus, sine titulo spirituali, absque Simonia vendi possunt; & redimi, *n.* 116. Resp. 2. pensiones spirituales, quæ dantur in titulum beneficii, sive ad juvandum Parochum in officio suo, sive ad serviendum in Choro, vel Officiis Divinis, vel quæ loco beneficii ad spirituale Ministerium exercendum dantur, v.g. Coadjutori, vel Vicario Episcopi, vel Concionatori, sunt propria materia Simoniæ, quia sunt propriè dicta beneficia fundata in spirituali titulo, eóque perpetuo, nec possunt pretio vendi, vel redimi, absque Simonia, *n.* 117. Resp. 3. pensiones mixtæ, quæ dantur Clericis, ratione Clericalis statûs, non tamen ob spirituale ministerium, sed ob aliam causam, v. g. Parocho seni, vel pauperi Clerico ad ejus sustentationem, vel ob resignationem beneficii in favorem alterius factam, etii ex natura rei, & Jure communi antiquo licitè vendi possint, & emi, sine Simonia: non tamen juxta Stylum Curiæ Romanæ, quæ hujusmodi venditiones tanquam simoniacas damnat, *n.* 118. Quær. 2. Utrùm sine Simonia pensio imposita beneficio, anticipatâ solutione redimi possit? Resp. si ex pacto imponatur v. g. Vicario perpetuo obligatio pensionem illam annuam pecuniâ redimendi, Simonia committitur: secùs si Vicarius liberè ac sponte redimat pensionem, ita ut vi pacti optio ei detur pensionem illam, vel singulis annis solvendi, vel statim redimendi; tunc enim nulla Simonia committitur, *n.* 119.

§. IX. *De Simonia, quæ committitur circa Officia Ecclesiæ temporalia.*

Quær. 1. An officia Ecclesiæ temporalia, ut officium Procuratoris, vel Advocati, pro pecunia vendere sit Simoniacum? Resp. Non est contra Jus naturale ac Divinum, sicut nec Officium Sacristæ aut Custodis, *n.* 120. Est tamen venditio horum officiorum tanquam simoniaca prohibita Jure Canonico, juxta c. *Consulere.* 38. *h. t.* Ubi generaliter prohibetur, ne administratio rerum Ecclesiasticarum per pecuniam obtineatur, & vendi prohibentur multa Officia Ecclesiastica etiam temporalia: dummodo soleant exerceri per Clericos, non per laicos, *n.* 121. Quær. 2. An etiam sit Simonia prohibita Jure Ecclesiastico, vendere functiones hujusmodi officiorum temporalium? Resp. Negativè, cùm sint merè corporales, *n.* 122.

Sectio V. *De pretio Simoniaco, ejúsque divisione.*

§. I. *An pretium Simoniacum necessariò debeat esse temporale quid, non spirituale, & quando temporale, quod datur, habeat rationem pretii, respectu rei spiritualis, quæ vicissim datur?*

Assertio I. Pretium Simoniæ, spectato Jure naturali ac Divino, necessariò debet esse aliquid temporale, nec sufficit spirituale, *n.* 123. Unde permutare rem spiritualem cum altera merè spirituali, ut SS. Reliquias cum aliis Reliquiis, jus Patronatûs cum alio simili jure, non est Simonia, spectato jure Divino; sicut etiam permutare spirituale pro alia re spirituali non est Simonia, nec prohibitum, extra materiam beneficiorum, *n.* 124. Ass. 2. Quando res temporalis, & pretio æstimabilis gratis datur ei, qui spirituale donum, vel officium præstat, non potest habere locum Simonia, saltem spectato jure naturali ac Divino, *num.* 125. Ass. 3. Non est Simonia pro spiritualibus ministeriis dare, vel accipere temporalia, etiam ex obligatione, si non ut pretium, seu in commutationem rei, sed per modum stipendii, ac necessariæ sustentationis dentur, vel accipiantur, *n.* 126. Sed neque exigere, vel accipere stipendium sustentationis, interveniente pacto, est Simonia, quia ex justitia debetur ministrantibus spiritualia, *n.* 127. Possunt etiam Sacerdotes, & Clerici ministrantes spiritualia exigere stipendium sustentationis, etiamsi divites sint, & non egeant, vel bona patrimonialia habeant, *n.* 128. Ass. 4. Non est Simonia promittere, vel donare alicui quippiam temporale, sub onere, & conditione operis spiritualis præstandi, modò non fiat per modum retributionis, seu compensationis, v. g. si Christianus donet infideli aliquid sub conditione, si Baptismum suscipiat, vel si puella viro hæretico promittat matrimonium, si Catholicus fiat, *n.* 129. Ass. 5. Non est Simonia officium spirituale præstare, etiam principaliter propter rem temporalem, si intentio illa non deducatur in pactum, idcóque res illa temporalis non ut pretium accipiatur. Unde Canonicus, qui principaliter accedit ad Divina Officia propter distributiones quotidianas, non committit Simoniam, *n.* 130.

§. II. *Quænam circumstantiæ sint considerandæ, ut cognoscatur, an munus aliquod temporale habeat rationem pretii Simoniacè dati, pro re spirituali, vel non habeat?*

Ut cognoscatur, an in donis, vel acceptis à conferente aliquid spirituale, sit commissa Simonia, tria sunt consideranda. Primò, qualitas personæ dantis, & accipientis. Secundò, quantitas muneris, an sit magni, vel modici pretii. Tertiò, tempus donationis, an instante necessitate, vel alio tempore opportuno donatum sit. Licèt autem electus Ordinatori, vel Consecratori suo quædam, quæ sunt modici pretii, & quæ recipientis animum non multùm inclinarent, vel moverent, donaverit, non censetur Simonia committi, *c. Etsi quæstiones. 18. h. t. n.* 131. Explicatur, & declaratur, *n.* 132. *& duobus seqq.*

§. III. *Quotuplex sit pretium Simoniacum?*

Pretium Simoniæ in Jure Canonico munus appellari solet, idque dividitur in munus à manu, ab obsequio, & à lingua. Nomine autem muneris hîc non intelligitur donum liberale, & gratuitum, sed gravamen, seu potiùs onus debitum ex justitiâ, quod ex vi onerosæ, & reciprocæ conventionis exigi, & præ-

ſtari ſolet, *n.* 135. Quær. 1. Quid intelligatur per munus à manu? Reſp. primò, Pecunia propriè eſt pretium Simoniæ, ſive numerata, ſive ſolùm promiſſa. Secundò, omnis alia res materialis, & pretio æſtimabilis, ſive res mobiles, ſive immobiles. Tertiò, remiſſio debiti pro re ſpirituali obtinenda, vel promiſſio remiſſionis. Quartò, mutui datio, cum pacto, ut viciſſim beneficium conferatur. Quintò, dilatio ſolutionis, vel ejusdem anticipatio ex pacto facta pro beneficio, vel alia re ſpirituali, *n.* 136. Quær. 2. Quid intelligatur per munus ab obſequio? Reſp. ſub hoc comprehenduntur quæcunque obſequia ſeu ſervitia temporalia, cum pacto conferendi viciſſim beneficium Eccleſiaſticum, vel aliam rem ſpiritualem, *n.* 137. Quær. 3. Quid per munus à lingua intelligatur? Reſp. ſub hoc munere comprehenduntur laudes, commendationes, & preces, quæ pro aliquo interponuntur, & quidem ex vi pacti, ut res ſpiritualis, v. g. beneficium viciſſim detur, *num.* 138. Hinc infertur primò, non eſſe Simoniam dare alicui beneficium, intuitu ſolius conſanguinitatis, ſine pacto, *n.* 139. Secundò, non eſt Simonia dare beneficium propter preces armatas, ſive gravem metum incuſſum, ſi nullum interveniat pactum, *num.* 140. Tertiò, non eſt Simonia, ſi Collator beneficium debitori conferat metu amittendi debitum, ſive ut debitum ab ipſo conſequi poſſit, ſi nullum pactum interveniat, *n.* 141.

SECTIO VI. *De Iudicio, ſive proceſſu judicario in crimine Simoniæ.*

§. I. *Quis ſit Iudex competens in crimine Simoniæ, & quis accuſare poſſit de hoc crimine, & qui accuſari? Item quomodo crimen Simoniæ probetur?*

ASSERTIO I. Hoc crimen eſt merè Eccleſiaſticum, ideóque ſolus Eccleſiaſticus Judex de eo cognoſcere poteſt, etiamſi, qui crimen hoc commiſit, ſit Laicus, *n.* 142. Aſſ. 2. Quilibet Catholicus accuſare poteſt de crimine Simoniæ, *c. Si dominus. 3. h. t.* etiam ſervus, meretrix, & quilibet criminoſus, *c. Tanta. 7. h. t. n.* 143. Aſſ. 3. Accuſari poſſunt de crimine Simoniæ, tam dans, quàm accipiens pecuniam, vel aliam rem temporalem pro ſpirituali, *num.* 144. Accuſatus Simoniæ, pendente accuſatione, prohibetur celebrare Miſſarum ſolemnia, *c. Accuſatum. 4. h. t. n.* 144. Idem dicitur in *c. Quoties. 5. h. t. n.* 145. Aſſ. 4. Simonia probatur iisdem modis, quibus alia crimina, videlicet per Simoniaci confeſſionem, per teſtes, & inſtrumenta Authentica: imò etiam per ſigna, conjecturas, & præſumptiones, *c. Sicut. 6. h. t.* Quæ tamen violentam præſumptionem faciunt, & reum de ipſo crimine convincunt, *n.* 146.

§. II. *An, & quando criminoſi admittantur ad teſtimonium ferendum in crimine Simoniæ?*

In omnibus delictis, exceptis notoriis, tribus modis procedi poteſt: per accuſationem, quam debet præcedere legitima inſcriptio: per denunciationem, quam debet præcedere charitativa correctio: & per inquiſitionem, quam debet præcedere clamoſa inſinuatio per publicam famam. Neque eſſe debet idem Judex, & accuſator, ſed fama eſt loco accuſantis, & Judex inquirere debet diligenter, nec facilè credere, vel punire: & ſi quid probatur, ſecundùm jura, punire poteſt, dictando ſententiam, ſecundùm formam Judicii. Quòd ſi Abbas eſt ſuſpe[ct]o de dilapidatione, eſt ſuſpendendus ab adminiſtra[tione] ne Abbatiæ. Si per viam inquiſitionis proceda[tur] monia de Abbate, Abbas poteſt contra teſtes re[pro]re, quòd ſint inimici, & conſpiratores, & [ad]ceptiones criminum opponere non poſſit, *c. Ab[bas] Heli. 31. h. t. num.* 147. Deducuntur circa præ[dicta] quædam corollaria, *num.* 148. Quæ[ritur] ctum eſt, contra Simoniacos admitti teſtes [in]noſos, magis declaratur in *c. Per tuas. 32. h. t.* [Ubi] dicitur, diſtinguendum eſſe primò, circa modum gendi, utrùm agatur de crimine Simoniæ civiliter verò accuſetur criminaliter: & ſi civiliter, [ad]eundùm juris rigorem, an ſecundùm æquitatem? Secundò, circa perſonæ qualitatem, contra quam tur, utrùm ſit ſæcularis, an regularis: & an [ſit] bonæ famæ, an verò graviter infamatus, & [ad] ſpectus, & an poſſit facilè puniri, & [con]ſcandalo? Tertiò, diſtinguendum eſt circa [per]teſtium, utrùm ſint honeſti, an criminoſi, [an] emendati de crimine, an non? Ruſticorum [te]di teſtes ex Zelo juſtitiæ, an verò [cri]credantur, qui non debent admitti. Quarto [di]guendum eſt circa crimina, quæ teſtibus [ob]utrùm ſint eadem, vel minora, an verò [pa]jora? Quintò, utrùm ſola dicta teſtium [pro]tur, an verò adſint etiam alia adminicula [ad]cia. Tandem concludit Papa, tales crimi[na] tra talem regularem inferioris gradûs [ad]ministrantem eſſe, non ſecundùm rigorem Juris, ſed ſecundùm æquitatem. Et tales Prælatos regulares [re]cauſis ab adminiſtratione amoveri poſſe, *n.* [149.] declaratur præterea, quando teſtes criminoſi [ad]mittantur in crimine Simoniæ, ſive agatur [ci]viliter, ſive criminaliter, & quando non admittantur, *n.* [150.] poteſt in crimine Simoniæ appellari à ſententia, denegatur appellatio, idque ob magnitudinem [cri]ci, *n.* 151. *in fine.*

SECTIO VII. *De pœnis Simoniæ, ac diſpenſatione in illa.*

§. I. *An pœnæ Iuris decretæ incurrantur propter quamlibet Simoniam, & in quacunque materia?*

ASSERT. I. Propter Simoniam mentalem, [quæ] purè interna ſit, ita ut in nullum actum [ex]prodeat, nulla pœna juris incurritur: imò nec [ab] cleſia puniri poteſt. Quòd ſi Simonia in actum [ex]ternum prodeat, ſed ſine omni pacto, etſi Eccle[ſia] eam poſſit punire, de facto tamen nulla à jure [con]poſita pœna, *n.* 152. Aſſ. 2. Ob Simoniam pure [con]ventionalem, quæ neutrâ ex parte completa eſt, nondum tradita eſt res ſpiritualis, nulla pœna [ju]poſitivi incurritur, exceptâ Simonia confidentiali. An autem ſi conventio ſimoniaca ſit completa [ex] parte vendentis, quia ipſe tradidit rem ſpiritualem, [ut] g. Ordines: non verò ex parte ementis, quia pretium non eſt ſolutum, incurrantur pœnæ ipſo jure, [de]bium eſt. Utrumque eſt probabile, & poſteriu[s] nignius, & Stylo Curiæ Romanæ conformius, *n.* [153.] Aſſ. 3. Propter nullam Simoniam etiam realem, ex utraque parte completam, incurruntur pœnæ ipſo facto, præter illam, quæ committitur in ingreſſu Religionis, Ordine & beneficio, *n.* 154. Ubi [hæc] pliùs declaratur. Aſſert. 4. Pœnæ decretæ in Simoniacos comprehendunt etiam Simoniam, quæ [fit]

solùm prohibita Jure Ecclesiastico, cujusmodi est illa, quæ fit in permutationibus beneficiorum, & similibus, *n.* 155.

§. II. *An, & qualiter incurratur pœna excommunicationis, propter Simoniam commissam in Ordine, vel Beneficio?*

Assertio I. Per Simoniam realem, & completam in Ordine incurritur excommunicatio Papæ reservata, ipso facto, tam ab Ordinante, quàm ab Ordinato, *Extravag.* 2. §. *Statuentes. h. t. Inter communes n.* 156. Nomine autem Ordinum hîc veniunt Ordines, tam minores, quàm Sacri, imò etiam prima Tonsura: sed & Simonia commissa in Litteris dimissoriis censetur commissa in Ordine, *cit. n.* 156. Ass. 2. Similiter propter Simoniam realem, & utrinque completam in Beneficiis incurritur excommunicatio Papæ reservata, si quis pro collatione, vel alia promotione ad beneficium pecuniam dedit, vel accepit, *cit. Extravag.* 2. §. *Statuentes*, ubi tamen nomine beneficii intelligi debent solùm beneficia propriè dicta. Extenditur autem hæc excommunicatio ad quoslibet Simoniacos in Ordine, vel beneficio, sive manifestos, sive occultos, *cit. Extravag.* 2. *n.* 157.

§. III. *An, & quibus suspensio contrahatur per Simoniam commissam in Ordine, vel Beneficio?*

Assertio I. Jure communi Decretalium conferens Ordines per Simoniam completam, recepto pretio, vel aliâ re æquivalenti, ipso facto est suspensus à collatione omnium Ordinum, saltem per triennium, *c. Si quis. 45. h. t.* Ubi dicitur, quòd si ordinans, vel præsentans aliquem ad Ordinem, recipiat promissionem, vel juramentum ab eo, quòd non inquietabit eum super beneficio, aut alimentis, tunc Ordinans à collatione: præsentator verò ab executione Ordinum per triennium est suspensus: ordinatus verò ab Ordine sic suscepto, donec à Papa obtinuerit dispensationem, *n.* 158. Declaratur, *n.* 159. *& seq.* Ass. 2. Is, qui simoniacè Ordinem suscepit, sed sine culpa sua, quia alius, ipso ignorante, pecuniam dedit Episcopo, ut ipsum ordinaret, non est ipso jure suspensus ab Ordinibus antè ritè susceptis, imò nec ab Ordine sic suscepto, *c. De simoniacè. 22. h. t.* Ubi dicitur, quòd Episcopus potest dispensare cum simoniacè ordinatis, ipsis ignorantibus, ut in suis Ordinibus remaneant, adeóque nec ab ipsis sunt suspensi, quia non sunt Simoniaci, *n.* 161. Respondetur ad duas objectiones, *n.* 162. Ass. 3. Qui ordinatur ab Episcopo Simoniaco, sed non recipit Ordines simoniacè, quia Episcopus nullam in illa ordinatione Simoniam committit: tunc si scivit ante Ordinationem Episcopum esse Simoniacum, incurrit suspensionem ab Ordine sic suscepto. Secus si bonâ fide à tali Episcopo sit Ordinatus, ignorans illum esse Simoniacum, *num.* 163. Ass. 4. Propter Simoniam commissam in beneficio nulla incurritur suspensio, neque à conferente simoniacè beneficium, neque à recipiente, quod intelligendum est de suspensione propriè dicta, prout est censura distincta ab excommunicatione, *n.* 164.

§. IV. *An præter prædictas censuras, sint aliæ pœnæ Canonicæ Jure decretæ in Simoniacos?*

Assertio I. Sunt & aliæ pœnæ Jure Canonico statutæ in Simoniacos. Et inprimis perpetuò sunt deponendi ab Altaris Ministerio, sive ab Officio, & consequenter etiam à beneficio, *c. 2. de Confess.* Eadémque pœna depositionis contra Simoniacum decernitur in *c. De hoc. 11. h. t.* Ubi statuitur, quando Simonia est manifesta, seu notoria, aut simoniaci confessi in Judicio, vel legitimè convicti sunt, perpetuò ab Altaris ministerio deponi debent. Si verò publicâ infamiâ tantùm laborent, eis Canonica purgatio indici debet, in qua si deficiunt, ut Rei puniendi sunt, & quæ receperunt, integrè Ecclesiæ restituere debent, *n.* 165. Præterea pœna depositionis contra simoniacè obtinentem beneficium statuitur etiam in *c. Insinuatum. 13. h. t.* Ubi dicitur, Simoniacum notorium in beneficio, qui se purgare non potest, ab illa deponendum esse, *n.* 166. *& seq.* Item alia depositionis pœna imponitur in *c. Qui alium. 2. h. t.* Ubi decernitur, qui alium ab Ecclesia ejicit per pecuniam, eámque postea sibi retinet, est ab ea deponendus quæ tamen pœna depositionis non incurritur ipso jure, sed per sententiam Judicis imponenda est, *n.* 168. Ass. 2. Alia pœna est, quòd Simoniacus in Ordine, vel beneficio privetur non solùm beneficio simoniacè acquisito, sed etiam aliis beneficiis legitimè obtentis, non quidem ipso jure, sed per sententiam Judicis condemnatoriam, *n.* 169. Ass. 3. Simoniacus quoque est inhabilis ad beneficium simoniacè obtentum retinendum: quoad alia verò beneficia obtinenda non est ipso jure inhabilis, *num.* 170.

§. V. *Quis possit dispensare, sive relaxare pœnas Jure decretas in Simoniacos?*

In Simonia prohibita Jure naturali, & Divino non potest dispensari quoad culpam: in Simonia verò prohibita solùm Jure Ecclesiastico, solus Papa dispensare potest: quamvis Pontifex etiam in illa non soleat dispensare, quia id non est necessarium, neque expedit, ut res Ecclesiæ fiant venales, *n.* 171. Quod verò attinet ad dispensationem in pœna Simoniæ, quæ solùm habet locum in Simonia commissa in Ordine, Beneficio, & ingressu Religionis, inprimis, ab excommunicatione, quoad personas singulares, dantes, vel accipientes pecunias, solus Papa absolvere potest, cui ea est reservata in *Extravag. 1. & 2. h. t. Inter communes.* Ex potestate tamen delegata etiam alii absolvere possunt habentes privilegium absolvendi à casibus Papæ reservatis. Similiter in suspensione, quæ incurritur propter Simoniam commissam in Ordine, dispensare potest solus Papa, *c. pen. h. t.* Ordinans verò simoniacè suspensus est à collatione Ordinum, in qua pœna etiam dispensare non potest, nisi Papa, *cit. c. pen. n.* 172. Secundò quoad pœnam inhabilitatis ad obtinendum idem beneficium simoniacè obtentum, si beneficium recipiens Simoniam commissam esse scivit, solus Papa dispensare potest: si quis verò per ignorantiam beneficium simoniacè collatum accepit; tunc vel est beneficium majus aut curatum, & non potest Episcopus cum illo dispensare: vel est simplex, & potest. Extra casus verò expressos in *c. pen. de Elect.* solus Papa in inhabilitate ad idem Officium obtinendum dispensare potest, quod etiam ignoranter obtentum fuit, *num.* 173. Tertiò quoad pœnam inhabilitatis ad alia beneficia obtinenda, si Simoniacus voluntariè, & sponte renunciat beneficio per Simoniam obtento, ante sententiam Judicis, potest Episcopus cum illo dispensare ad alia bene-

beneficia obtinenda; non autem potest, si ante renunciationem factam, de Simonia condemnetur, & ideo beneficio priùs obtento privatur, *n.* 174. Porro quod dictum est, non posse Episcopum dispensare quoad pœnas, seu censuras latas contra Simoniacos, id limitari debet, quoad excommunicationem, & suspensionem, quæ incurruntur propter Simoniam occultam, juxta facultatem Episcopis concessam in Concilio Trident. *Sess.* 24. *c.* 6. *de reform.* dispensandi in casibus occultis, & non deductis ad forum contentiosum, *cit. n.* 174.

SECT. VIII. *De obligatione restituendi, quæ per Simoniam sunt accepta.*

§. I. *An, & cui pretium simoniacè acceptum sit restituendum?*

ASSERTIO I. Qui accepit pretium pro re spirituali, non solùm simoniacè, sed etiam injustè, quia scilicet in re spirituali simoniacè venditâ nullum temporale jus, vel commodum habet, is jure naturali ac Divino pretium acceptum restituere debet, non ratione Simoniæ formaliter, & præcisè, sed ratione injustitiæ. Ut si quis pecuniam pro Sacrificio Missæ, vel Sacramenti administratione accepit, tanquam pretium rei spiritualis, sive in compensationem ejusdem, is tenetur restituere pretium acceptum, *n.* 175. Deducuntur tria corollaria, *n.* 176. Ass. 2. Qui accipit pretium pro re spirituali simoniacè, sed non injustè, quia in ea aliquod temporale jus, seu commodum habet, quod annexum est illi rei spirituali, non tenetur jure naturali restituere pretium, nisi à Jure positivo, vel ab Ecclesiastico Judice restitutio in pœnam imponatur, ut si quis Canonicatum venderet, *num.* 177. Deducuntur quædam corollaria, *num.* 178. Ass. 3. Per se, & ex vi legis naturalis ac Divinæ pretium simoniacè, & injustè acceptum, ante Judicis sententiam condemnatoriam, restitui debet ei, qui dedit, non aliis, *n.* 279. Solvuntur objectiones, *n.* 180.

§. II. *An pretium simoniacè acquisitum contra prohibitionem Iuris Ecclesiastici, restitui debeat in foro conscientiæ, etiam ante sententiam, & condemnationem Iudicis, & cui?*

ASSERT. I. Pretium acceptum pro collatione, electione, confirmatione, vel renunciatione beneficii restitui debet in foro conscientiæ, ante omnem Judicis sententiam, *c. De hoc. 11. in fine h. t. n.* 181. Hoc autem casu, restitutio pretii simoniacè accepti, non danti, sed illi Ecclesiæ, in qua est beneficium, & in cujus injuriam Simonia commissa est, restituenda est, *cit. c. De hoc.* quamvis etiam probabile sit, pretium simoniacè acceptum pro datione beneficii, ante sententiam Judicis, restituendam esse ei, qui dedit: post sententiam verò Ecclesiæ, cui Judex illud adjudicaverit, *n.* 182. Ass. 2. In Simonia commissa in ingressu Religionis, pretium jure positivo non debet restitui in conscientia, & ante sententiam Judicis, si admissus in Monasterium in eo permaneat, *n.* 183. Ass. 3. Pretium simoniacè acceptum pro collatione Ordinum, & aliorum Sacramentorum, aut Sacramentalium, si notabiliter excedat, quod pro sustentatione exigi poterat, est restituendum, sed vi Juris Divini potiùs, quàm Ecclesiastici; hoc enim Jure nihil dispositum reperitur, quod restituendum sit, ipso facto, ante sententiam Judicis, *n.* 184.

§. III. *An vicissim res spiritualis, quæ pro pretio simoniacè data fuit, etiam debeat restitui damno?*

Si pretium datum pro re spirituali simoniacè acceptum sit, sed non injustè; tunc illud pretium non debet restitui, ante Judicis condemnationem: ita neque res, quæ pro pretio data fuit, v. g. aliquod temporale Ecclesiæ, vel pensio Clericalis, quæ stipendium non est data. Si verò pretium simoniacè, & injustè acceptum sit pro spirituali functione exercente, v. g. Sacrâ ordinatione, vel collatione beneficii, vel alterius Sacramenti: tunc pretium quidem restituendum est, ipsa tamen res, quippe tradita, non debet restitui, & ipsa collatio Sacramenti, vel ordinationis, etiamsi simoniacè pro pretio facta fit, est valida. Quòd si verò res sacræ permanentes, non solùm simoniacè, sed etiam injustè sint venditæ, & datæ pro pretio, v. g. sacra vasa, Reliquiæ &c. ita ut in æstimationem venerit etiam ipsa spiritualitas: tunc pretium quidem restitui debet, quatenus est respondentem spiritualitati, ipsæ verò res sacræ, neque Divino, aut naturali jure, neque vi ullius Ecclesiastico, ante sententiam Judicis, restitui debent. Excipiuntur beneficia Ecclesiastica acquisita per Simoniam realem, ea enim restitui debent, una cum fructibus perceptis, etiam ante sententiam Judicis: eadémque ratio est de Officiis Ecclesiasticis, *num.* 185. Ubi tamen quoad restitutionem rerum spiritualium distinguendum est, an in rebus sacris permanentibus id quod spirituale est, se habeat tanquam principale, ut in SS. Reliquiis; tunc enim si venditione spiritualitatis, contractus est irritus; ideo restituto pretio, etiam Reliquiæ sunt restituendæ: cùs est de iis rebus sacris, in quibus id quod spirituale est, est solùm velut accessorium, ut in sacris & vestibus, quæ si cariùs vendantur propter spiritualem consecrationem, vel benedictionem, contractus est validus, ideóque retineri possunt, *n.* 186.

§. IV. *An Simonia mentalis obliget ad restitutionem?*

Tres sunt sententiæ. Prima absolutè negat mentalem Simoniacum teneri restituere, hâc ratione probari videtur ex *c. nil. h. t.* Ubi Papa mandat cui, ut dispenset cum Monachis, qui per Simoniam dato aliquo pretio, sunt recepti in Monasterio. Deinde qui sine præcedente pacto, & sine aliquo pacto, vel recepto, sed solo affectu animi acquirunt spiritualia, & temporalia, non tenentur ea propter Simoniam resignare, sed satis est, si eas pœnitendo satisfaciant Creatori, *n.* 186. *& seq.* Altera sententia est, Simoniam mentalem prohibitam Jure Divino obligare ad restitutionem, non autem prohibitam solo Jure Ecclesiastico. Tertia, & probabilior sententia ait, esse distinguendum, an pretium Simoniacè acceptum sit, sine injustitia annexa; an verò cum injustitia: priore casu, non obligat Simonia mentalis, nec ex vi juris naturalis, neque etiam ex vi Ecclesiastici, quomodo intelligendum est *cit. c. h. t.* quod loquitur de Simonia mentali commissa in ingressu Religionis, qui non habet necessariò hanc intentionem annexam. Idémque est in omni alia Simonia mentali, in qua pecunia non injustè acquiritur.

steriore verò casu, si Simoniæ, etsi mentali tantùm, sit annexa injustitia, cum opere secuto, quia externum actum adjunctum habet, orietur obligatio restituendi ex jure naturali, *cit. n.* 190. ubi id magis declaratur.

*SERIES CAPITULORUM.*

In Antiquis.


c. 1. n. 16. & 19.
c. 2. n. 168.
c. 3. n. 142.
c. 4. n. 144.
c. 5. n. 145.
c. 6. n. 146.
c. 7. n. 143.
c. 8. *num.* 31. & *seq.* & n. 76.
c. 9. n. 33. & 76.
c. 10. n. 34.
c. 11. n. 165. & n. 181. & *seq.*
c. 12. n. 85. & *seq.*
c. 13 n. 166.
c. 14. §. *Nec quemquam.* n. 45. & *in princ.* n. 57.
c. 15. n. 28.
c. 16. n. 35
c. 17. n. 82. & *seq.*
c. 18. n. 131. & 133. & *seq.*
c. 19. n. 62. & *seq.*
c. 20. n. 20. & *seq.*
c. 21. n. 39.
c. 22. n. 161.
c. 23. n. 93. & *seq.*
c. 24. n. 50.
c. 25. n. 64. & *seq.*
c. 26. n. 95. & *seq.*
c. 27. n. 97. 98. & 100.
c. 28. n. 106.
c. 29. n. 40.
c. 30. n. 66. & *seq.*
c. 31. n. 147. 149. 150. & *seq.*
c. 32. n. 149. & *duobus seqq.*
c. 33. n. 102. & *seq.*
c. 34. n. 88.
c. 35. n. 24.
c. 36. n. 37. & *seq.*
c. 37. n. 22.
c. 38. n. 48. & 121.
c. 39. n. 41.
c. 40. n. 68. & *seq.*
c. 41. n. 79. & *seq.*
c. 43. n. 81.
c. 44. n. 90. & *seq.*
c. 45. n. 158. & *duobus seqq.*
c. 46. & *ult.* n. 187. 189. & 190.


In Extravagantibus Communibus.


*Extrav.* 1. *in princ.* n. 60. & §. *Nos enim.* n. 70. & *seq.*
*Extravag.* 2. *in princ.* §. *Statuentes præterea*, & §. *seq.* & *fin.* n. 145. §. *Per electiones.* n. 99. & *duobus seqq.*


## *TITULUS IV.*

## NE PRÆLATI VICES SUAS, VEL Ecclesias sub annuo censu concedant.

§. Unic. *An, & sub qua pœna prohibitum sit Prælatis vices suas, id est, jurisdictionem suam sub annuo censu, sive reditu concedere, & an etiam proventus Ecclesiarum sub annuo censu locari possint?*

Ad priorem quæstionem respondetur, qui pecuniam dant, ut Episcopalem, seu spiritualem jurisdictionem exerceant, privantur officio suo, & Episcopi, qui vendiderunt, amittunt potestatem conferendi tale officium, *c. Præterea*, 1. *h. t. n.* 1. Etsi verò Episcopus, vel alius similis Prælatus sit simoniacus, si alicui, pretio recepto, vices suas, id est, jurisdictionem Ecclesiasticam committat: non tamen Vicarius, vel alius ab Episcopo constitutus, ut vice ipsius jurisdictionem exerceat, si pro illo officio pecuniam accipiat, Simoniam committit, *n.* 2. Similiter Episcopi, & Archidiaconi, qui ad agendas vices suas, & causas Ecclesiasticas terminandas, annuum censum solvunt, removendi sunt à Clero. & Episcopus, qui hoc sustinuerit, & permittit, judicia Ecclesiastica pervertit, Canonicè puniatur, id est, pœnâ depositionis, *c. Quoniam.* 2. *h. t. n.* 3. Item Ecclesiæ regimen non debet Sacerdotibus committi sub annuo censu, *c. Quoniam.* 3. *h. t. n.* 4. De posteriore quæstione agitur *in c. Querelam.* 4. & *ult. h. t.* ubi statuitur, quòd fructus, & obventiones Ecclesiæ possunt locari ad certum tempus, v. g. ad septennium pro certo annuo censu: & si conventum fuerit, intra illud tempus non auferre, standum est promissis, nec potest auferri, *n.* 5. Utrùm hodie prohibeantur, non solùm res, & bona Ecclesiæ, sed etiam fructus, seu reditus Ecclesiæ, seu beneficij locari ultra triennium, *num.* 6. An fructus, seu proventus Ecclesiarum provenientes ex jurisdictione Ecclesiastica possint vendi, vel ipsa etiam Episcopalis, vel spiritualis, *num.* 7. & 8. Nullo modo est Simonia, quòd Pontifex exigat, ut solvantur Annatæ, hoc est, integri fructus primi anni, qui ex Episcopatibus, Prælaturis, aliisque beneficijs vacantibus exiguntur, quia id non est contra Ius Divinum, neque Ecclesiasticum, sed eæ justè, ac rationabiliter exiguntur, *n.* 9. & 10.

*SERIES CAPITULORUM.*

In Antiquis.


c. 1. n. 1.
c. 2. n. 3.
c. 3. n. 4.
c. 4. & *ult. num.* 5. & 8.


## *TITULUS V.*

## DE MAGISTRIS, ET NE ALIQUID exigatur pro licentia docendi.

§. I. *An, & quinam Magistri constituendi sint ad docendum in Ecclesiis Cathedralibus, & an licitum sit aliquid exigere, vel accipere pro licentia docendi?*

Ecclesia Cathedralis debet providere de Magistro, qui Clericos ejusdem Ecclesiæ, & alios pauperes scholares gratis doceat, eique competens beneficium conferatur. Item nullus pro licentia docendi pretium exigat, nec sub prætextu alicujus consuetudinis, ab eis, qui docent, aliquid petat: nec aliquem, qui sit idoneus, peritâ licentiâ, docere prohibeat, vel impediat: qui autem contra hoc facere præsumpserit, beneficio suo privari debet, *c.* 1. *h. t. n.* 1. & 2. Præterea prætium exactum pro licentia docendi est restituendum, & promissum remittendum. Item si is, qui tenetur, non instituit in locis debitis Magistros, Episcopus præficere debet viros idoneos ad institutionem aliorum, appellatione postpositâ, *c. Prohibens.* 2. *h. t. n.* 3. Similiter ne quis pro licentia docendi exigat pecuniam, prohibetur sub pœna excommunicationis, & privationis officij, & dignitatis, etiamsi hoc habeat consuetudo, *c. Quanto.* 3. *h. t. n.* 4. An Doctoratus sit dignitas, *n. eod.* Non solùm in Ecclesia Cathedrali, sed etiam in qualibet alia Conventuali habente sufficientes facultates, constituatur à Prælato, cum Capitulo, vel majore & saniore ejus parte, Magister idoneus, qui gratis Clericos Ecclesiæ in Grammatica, & alios juxta posse instituat. In Metropolitana verò Ecclesia constituendus est Theologus, qui Sacerdotes, & alios in S. Pagina doceat, & in his præsertim instruat, quæ ad curam animarum pertinent. Cuilibet autem Magistrorum assignari debent à Capitulo proventus unius præbendæ, & pro Theologo tantundem, dum legit: non tamen

tamen propterea Magister electus efficitur Canonicus. Quòd si fortè Ecclesia Metropolitana duobus nimis gravetur, Episcopus de Grammatico in alia Ecclesia suæ Civitatis, vel Diœcesis, faciat provideri, *c. Quia nonnullis. 4. h. t. n. 5.* quid non tantùm Jure antiquo, sed etiam Jure novo Concilij Tridentini *Sess. 5. c. 1. & Sess. 23. c. 18. de reform.* circa lectionem S. Scripturæ, & Grammaticæ statutum sit, & antiquis Canonibus adjectum, *n. 6. & 7.*

§. II. *Quale privilegium Iure Canonico concessum sit Theologiam, seu SS. Scripturam publicè docentibus, vel illi studentibus?*

Prælati Ecclesiarum, & Capitula mittere debent ad studium Theologiæ aliquos dociles, seu habiles ad discendum, qui deinde possint in Ecclesia DEI alios erudire, quibus subministrent necessaria, si proprij proventus Ecclesiastici non sufficiant. Et studentes in Theologia per quinque annos percipere debent fructus integros beneficiorum, sicut etiam Doctores Theologi dum docent, non obstante contrariâ consuetudine, vel statuto, *c. Super specula. 5. & ult. h. t.* Et hæc Constitutio confirmata fuit à Concilio Trident. *Sess. 5. c. 1. de reform. n. 8.* Non tantùm docentes Theologiam, vel in ea studentes, sed etiam docentes, & audientes Jus Canonicum gaudent hoc privilegio percipiendi fructus in absentia: & quidem docentes, quamdiu publicè docuerint: Studentes verò in prædictis Facultatibus per quinquennium excusantur à residentia, & integrè fructus beneficiorum suorum percipiunt in absentia: exceptis distributionibus quotidianis, *n. 9.* Ad hoc autem non requiritur alia licentia, sed sufficit generalis auctoritate hujus Constitutionis facta: debent autem, qui volunt hoc privilegio gaudere, studere Theologiæ, vel Juri Canonico in Studio generali, sive celebri Universitate, *n. 10.* In Studijs Romanæ Curiæ, & alijs quibusdam debent constitui Magistri Catholici, qui instruant in Lingua Hæbraica, Arabica, & Chaldæa, *Clem. 1. h. t. cit. n. 10.*

§. III. *An accipere pecuniam pro doctrina Theologica, sit simoniacum?*

Non est Simonia, neque illicitum pro officio docendi Theologiam, Scholasticam vel Moralem, seu Casus conscientiæ, neq; etiam positivam, seu S. Scripturam justum stipendium accipere, *n. 11.* Et hinc neque vendere licentiam docendi Theologiam est Simonia, spectato Jure naturali ac Divino: quamvis Jure Ecclesiastico hoc sit prohibitum, non tanquam simoniacum, sed ut illicitum, & injustum, si Doctores, seu Magistri, qui habent justum stipendium pro suo officio, exigant pecuniam ab alijs, qui volunt in eadem Ecclesia docere, *c. Quanto. 3. h. t.* vel si Prælati Ecclesiastici, quibus competit potestas, unà cum beneficio Ecclesiastico, concedendi etiam licentiam docendi, pro tali concessione pretium aliquod exigunt, quod est prohibitum, in *c. 1. & 2. h. t.* Secundò, si officium, seu obligatio docendi Theologiam, vel Jus Canonicum, sit annexa alicui beneficio Ecclesiastico, non est Simonia contra Jus Divinum, & naturale, si talis Magister ultra stipendium, quod accipit ab Ecclesia, pecuniam exigat à discipulis, neque etiam Jure Ecclesiastico, id est prohibitum, *cit. n. 10.* Tertiò, non est simoniacum, nec illicitum dare consilium pro stipendio, ac pretio, etiamsi à Theologo detur ad dirigendam conscientiam. Quartò, neque est simoniacum, sed licitum pecuniam pro Gradu Licentiæ, & Doctoratus cunque Facultate, etiam Theologiæ, *n. 12.* etiam in *Clement. 2. h. t.* Constitutio de juramento à Doctorandis, quòd in promotione expendent ultra Summam 3000 monensium, quæ tamen in pluribus lita est, vel usu non recepta, *n. 14.*

*SERIES CAPITULORUM.*

In Antiquis.

*c. 1. n. 1.*
*c. 2. n. 3.*
*c. 3. n. 4.*
*c. 4. n. 5. & duobus seqq.*

*c. 5. & ult. h. t.* sine *seqq.*

In Clementinis.

*Clement. 1. n. 10.*
*Clement. 2. & ult. h. t.*

## *TITULUS VI.*

## DE JUDÆIS, ET SARACENIS, ET eorum servis.

§. I. *Quæ, & in quibus casibus Christiani arcendi, & sit communicatio cum illis?*

Agitur hîc de communicatione fidelium cum infidelibus in rebus politicis, & quæ ad humanum commercium spectant. Et inprimis prohibentur omnibus Christianis assidua conversatio, & communicatio cum Judæis, ne hi ob illam ad suam superstitionem eos trahant. In specie verò plures casus, in quibus interdicitur Christianis communicatio cum Judæis. Veluti primò, ne Christiani habitent cum Judæis. Et hinc quamvis Christianus possit habere servum Judæum, non tamen tenetur habere familiarem, & domesticum, licèt Christianus possit habere Saracenos, & alios infideles, quam servos, intra eandem domum, *cit. n. 2.* Secundò, non licet Christianis Judæos ut Medicos accersere ad eos sanandos, nec medicinas ab eis sumere, excepto casu necessitatis, quamvis mere ab eis possint, *n. 2.* Tertiò, non licet cum Judæis balneum intrare, & in eo se lavare, nisi necessitas exigat, *cit. n. 2.* Quartò, prohibentur omnes Christiani vesci Azymis Judæorum, etiam ab eis, *c. Nullus. 13. caus. 28. q. 1. n. 3.* Quintò interdictum est Christianis Judæos invitare, & ab eis accedere ad eorum convivia, *c. Omnes. 14. q. 1.* licèt colloquium cum eis sit permissum, etc. Non tantùm autem cum Judæis, sed etiam cum Saracenis, aut infidelibus prohibitum est Christianis convivia celebrare, exceptis ijs, qui missi sunt ad eorum conversionem, *c. Quam sit. 10. in princ. h. t.* in fine additur, quòd quicunque Religioni, vel Clerici, qui exeunt ad prædicandum Evangelium infidelibus, possunt ijs adhærere, *n. 4.* Item prohibitum est Christianis non solùm adire eorum convivia, etiam eorum nuptias, nec dies festos, ludos eorum reas cum eis agere, vel Synagogas eorum frequentare, *n. 5.* Sextò, prohibitum est Christianis habere, seu famulari Judæis, *c. Ad hæc. 8. h. t.* sive intra domum, sive extra illam: non est tamen prohibitum locare suas operas Judæis, dummodo hi non sint assiduè illis præsentes, *n. 6.* Septimò, non est licitum Christianis, nutrire filios Judæorum, *cit. c. Ad hæc. h. t.* nec intra, nec extra domum, *n. 7.* Hinc

tur primò, licitum esse Christianis emendo, & vendendo merces, contractus cum Judæis inire: prohibitum tamen est Christianis aliquid illis legare, vel testamento relinquere. Infertur secundò, communicatio, quæ in prædictis casibus interdicta est cum Judæis, non debet interdicta censeri etiam cum alijs infidelibus. Tertiò, peccatum mortale est communicare cum Judæis in casibus jure prohibitis, in quibus quasi continua, & nimia familiaritas cum Judæis contrahitur, ut est habitare cum illis, vel famulari illis in quibusvis ministerijs, *n.* 8.

§. II. *Quænam Iudæis Christianorum Principum potestati, & imperio subjectis jure tum Canonico, tum Civili sunt interdicta?*

Inprimis prohibitum est Judæis, ne aliquo officio publico fungantur inter Christianos, *c. Cùm sit, 16. h. t.* qui autem illis publicum officium commiserit, præmissâ monitione, à Concilio Provinciali compescatur, & cum Judæo præposito Christiani nullum commercium habeant, donec officium acceptum dimiserit, & restituerit, quicquid occasione talis officij à Christianis acquisivit, convertendum in usus pauperum, arbitrio Episcopi: idémque statuitur de paganis, aliisque infidelibus, *n.* 9. deducuntur quædã corollaria, *n.* 10. Similiter quòd Judæi, & pagani nõ possunt publica officia inter Christianos gerere statuitur in *c. Ex speciali. 18. h. t.* ubi dicitur, Reges inducendos esse, ut in officijs publicis non præficiant Judæos Christianis: & si fortè jam vendiderunt suos reditus Judæis, vel Saracenis, deputare debent Christianum non suspectum de gravamine inferendo Clericis, vel Ecclesiasticis, per quem Judæi, & Saraceni, sine injuria Christianorum consequantur jura regalia, id est, reditus per Regem venditos, *n.* 11. *&* 12.

Secundò prohibitum est Judæis novas Synagogas, sive Ecclesias erigere, *c. Iudæi. 3. h. t.* quamvis antiquas ruinosas reparare eis sit permissum, *c. Consuluit. 7. h. t. n.* 13. *&* 14. tolerat tamen Ecclesia ritus & observationes Judæorum, *cit. n.* 14. Tertiò, prohibentur Judæi habere non solùm nutrices, & obstetrices, sed etiam alios famulos Christianos: si secùs faciant, interdici debet Christianis sub pœna excommunicationis, ne audeant habere aliquod commercium cum illis, *c. Etsi. 13. h. t. num.* 15. *&* 16. Quartò, non solùm prohibitum est Judæis habere famulos, sed etiam servos, seu mancipia Christiana *c. Iudæi. 5. h. t. num.* 17. Similiter statutum est, ut nullum Christianum mancipium Judæo serviat: potest tamen quilibet Christianus, datis XII. solidis, captivum, sive servum Christianum à Judæo redimere, sive ad libertatem, sive ad servitium, *c. 1. h. t. n.* 18. Item Judæo non licet emere, vel in suo servitio tenere hominem baptizatum, vel baptizari volentem. Quòd si Judæus, causâ commercij emit hominem non conversum ad fidem, & emptus baptizatur, vel vult fieri Christianus, datis illi XII. solidis, servus liberatur à servitio. Si verò Judæus intra tres menses non exponit venalem talem hominem, vel si emit eundem ad sibi serviendum, tunc nec potest Judæus illum ampliùs vendere, nec alius Christianus eum emere, sed sine pretio fit liber, *c. 19. & uit. h. t. n.* 19. *&* 20. Porro etsi Judæi non possint habere mancipium Christianum, possunt tamen habere Christianum colonum adscriptitium, vel originarium, *c. 2. h. t.* ubi additur, si Judæus aliò eos transferat, vel ad aliud obsequium detineat, amittit jus coloniæ, & dominij, *n.* 21. Quintò, interdictum est Judæis, ne ostia, vel fenestras in die Veneris sancti aperiant, sed clausa teneant totâ die, *c. Quia super. 4. h. t. num.* 22. Item prohibetur, ne in hebdomada sancta in publicum prodeant, & ne Christum blasphemare præsumant, *c. In nonnullis. 15. §. In diebus. h. t. n.* 23. Sextò præcipitur, ut Judæi & Saraceni habitu distinguantur à Christianis, *cit. c. In nonnullis. in princ. n.* 24.

§. III. *Quænam Iure communi Iudæis jura sunt concessa, seu permissa, & quæ contra illos fieri sunt prohibita?*

Judæi non sunt inviti baptizandi, nec ad hoc cogendi, si quis autem Judæus ad fidem Christianam confugerit, postquam de voluntate ejus constiterit, absque impedimento, Christianus efficiatur: nullus autem compelli debet ad fidem, quia fidem Christi habere non creditur, qui invitus Baptismum suscipere cogitur. Nullus quoque Christianus Judæum aliquem occidere, vel vulnerare, vel pecunias suas ei auferre præsumat: nullus etiam bonas eorum consuetudines mutare, & coacta servitia ab eis exigere debet, nisi quæ consueverunt facere. Item nemo Judæorum cœmeterium destruere, aut sepulta corpora effodere audeat. Si quis autem sciens contra hoc decretum fecerit, excommunicandus est, nisi satisfecerit, vel officio, aut dignitate suâ privandus, *c. Sicut. 9. h. t. n.* 25. *& seq.* Judæi qui convertuntur ad fidem, non sunt spoliandi suis bonis, & Principes, ac Potestates sæculares faciant illis integrè restitui omnia sua bona justè acquisita, *c. Iudæi. 5. §. Si qui. h. t. n.* 27. Item Judæi conversi ad fidem retinent jus successionis erga parentes, & alios agnatos, *n. eod.* Denique Judæi conversi ad fidem non debent molestari in suis bonis, *Extravag. 2. Inter Communes. n.* 28.

§. IV. *Quomodo, & à quo Iudæi delinquentes possint, ac debeant puniri?*

Si Judæus Clericum aliquem percussit, Dominus, cujus temporali jurisdictioni est subjectus, ipsum pecuniariâ pœnâ puniat, vel aliâ temporali, prout ipsi visum fuerit, & faciat læso condignè satisfieri: quòd si Dominus Judæi id facere neglexit, Episcopus loci per Censuram Ecclesiasticam interdicat Christianis, ne cum Judæo habeant commercium, donec satisfaciat, *c. Postulásti. 14. h. t. n.* 29. Hinc colligitur, quòd Iudæi de jure communi non sunt temporaliter subjecti Ecclesiæ, sed jurisdictioni temporali Christianorum Principum, & Magistratuum, in quorum territorio existunt. Secundò, Judæus percutiens Clericum non incurrit excommunicationem, quia spirituali jurisdictioni Ecclesiæ Iudæi non sunt subjecti, *num.* 30. Quamvis Principes Christiani non possint Iudæos ex suo territorio ejicere pro libitu, ex justis tamen causis possunt, *num.* 31.

§. V. *Quænam interdicta sint Christianis Iure Canonico circa Saracenos, seu Paganos, aliósque infideles?*

Christiani Saracenis arma, ferrum, & ligamina galearum deferentes, dum ad impugnandos Christianos ea subministrant, & qui in piraticis Saracenorum

norum navibus regimen, & curam gubernationis exercent, excommunicationi subjacent, & fiunt servi capientium, & per Principes Christianos Civitatum privatione mulctantur, & in Ecclesijs maritimis solemnis excommunicatio crebrò in eos proferenda est, *c. Ita quorundam. 6. h. t. n. 32.* Idem repetitur in *c. Ad liberandum, 17. h. t.* ubi additur, ut qui Saracenis aliquod impendunt consilium, vel auxilium, in dispendium Terræ Sanctæ, ultra prædictas pœnas, gremium Ecclesiæ non aperiatur, nisi totum, quod ex commercio tam damnato lucrati sunt, & tantundem de suo, in subsidium Terræ sanctæ transmiserint: & si non sunt solvendo, ita puniantur, ut alij terreantur, *n. 33.* Nomine autem armorum intelliguntur hîc, omnia militaris artis instrumenta, tum ea, quæ sunt ad defendendum, ut scuta, galeæ &c. tum etiam, quæ ad offendendum, & pugnandum sunt idonea. Nomine ferri intelliguntur, quæ ex ferro fabricata sunt, vel ex alijs metallis, ut chalybs, plumbum &c. ligamina galearum dicuntur ligna ad ædificandas triremes, & alias naves apta, *n. 34.* Præterea transeuntes ad Terras Saracenorum debent jurare coram Episcopo, quòd in mercibus suis nihil deferant ad Saracenos, quod possit ipsis commodum & subsidium adferre, *c. Significavit, 11. h. t. n. 35.* Illi quoque, qui post treugam factam inter Christianos, & Saracenos, ad hos portant merces prohibitas, non evadunt censuram excommunicationis, sicut nec illi, qui per alios merces prohibitas illuc transmittunt, *c. Significavit. §. Illi quoque. h. t.* Denique si eas deferant tempore treugæ etiam sunt excommunicati, *cit. cit. c. Significavit. §. ult. cit. n. 35.* Excomunicati quoque sunt, qui tempore belli cum Saracenis per se, vel per alios eis dant subsidia, vel consilia, *c. Quod olim. 12. h. t. n. 36.* Item Christiani arma portantes ad Saracenos, vel infideles, Christianos impugnantes, ipso facto sunt excommunicati, & capientium servi, infames & intestabiles fiunt, tam activè, quàm passivè, ac eorum bona confiscantur, *Extravag. 1. Inter Communes, n. 37.* Similiter in *Extravag. Copiosus. unic. Ioann. XXII. h. t.* prohibetur, ne quis arma, victualia, & alia quæcunque Alexandriam deferri prohibita, intra triennium ad Saracenos in Regnum Granatæ deferre præsumat, sub pœnis ibi expressis, *n. 38.* Denique in *Clement. Cedit. unic. h. t.* præcipitur, ut Principes Christiani cohibeant Saracenos sibi subjectos à publica invocatione Machometi, & à peregrinatione, quam facere solent ad ejus sepulchrum, *num. 39.*

## *SERIES CAPITULORUM.*

### In Antiquis.


*c. 1. n. 18.*
*c. 2. n. 21.*
*c. 3. n. 13.*
*c. 4. n. 22.*
*c. 5. in princ. num. 17. & §. Siqui. n. 27.*
*c. 6. n. 32.*
*c. 7. n. 13. & seq.*
*c. 8. n. 6. & seq.*
*c. 9. n. 25. & seq.*
*c. 10. in princ. n. 4. & in fine n. eod.*
*c. 11. n. 35.*
*c. 12. n. 36.*
*c. 13. n. 15.*
*c. 14. n. 29. & seq.*
*c. 15. n. 23. & seq.*
*c. 16. n. 9. & 10.*
*c. 17. n. 33.*
*c. 18. n. 11.*
*c. 19. & ult. n. 19.*


### In Clementinis.


*Clement. unic. n. 39.*


### In Extravagant.


*Extrav. unic. Ioan. XXII. num. 38.*
*Extrav. 1. Ioan. Com. nes. n. 37.*
*Extrav. 2. eod.*


## *TITULUS VII.*
## DE HÆRETICIS.

Sectio I. *De crimine hæresis, & hæreticis in genere.*

§. I. *Quid sit hæresis, & quis dicatur hæreticus.*

Hæresis est error voluntarius, quem quis pertinaciter tenet contra aliquam veritatem fidei Catholicæ, quam suscepit, seu professus est, n. 1. explicatur ista definitio, *n. 2, & 3.*

§. II. *De quibusdam, de quibus dubitatur, num ex eis sint propriè dicti hæretici, necne?*

Quær. 1. An qui voluntarie, & deliberatè dubitat in fide, sive circa aliquam veritatem fidei, sit hæreticus, vel infidelis? Resp. qui dubitat positivè de aliquo articulo fidei, id est, positivè, ac pertinaciter judicat, & affirmat esse dubium, vel incertum, revera est hæreticus, aut infidelis: Aliud est dubitare negativè tantùm dubitet, quia suspendit omne judicium, ita ut neque assentiatur, neque etiam dissentiat, n. 4. Quare cùm in *c. 1. h. t.* dicitur, dubitans in fide infidelis est, id intelligendum est de eo, qui non merè negativè, sed positivè dubitat, *n. 5.* Quær. 2. Catechumenus nondum baptizatus deficiens à fide, quam recepit, sit hæreticus? Resp. non esse proprie dictum hæreticum, saltem in foro externo, sed infidelem, quia fidem solemniter in Baptismo non professus, *n. 6.* Quær. 3. An sit hæreticus, qui gravis metu perculsus negat fidem, v. g. se esse Christianum, absque ullo tamen interiore assensu? Resp. talem peccare quidem contra præceptum profitendi fidem, non tamen esse verè, ac propriè hæreticum, *n. 7.* Qui alios, cùm potest, ab errore (fidei) non revocat, se ipsum errare demonstrat, *c. 2. h. t. n. 8.* hæreticus, vel schismaticus, si non resipiscat, æternum damnabitur, nec ad salutem ei proderunt, Missæ, eleemosyna, aut mori pro Christo, *c. 3. h. t.* Christus sicut est verus DEUS, ita verus est homo ex anima rationali, & humana carne subsistens, & oppositum est hæreticum, & sub excommunicatione prohibitum asserere, *c. 7. h. t. n. 10.*

Sectio II. *De pœnis hæreticorum, & imprimis excommunicatione eorum.*

§. I. *De prima pœna Jure Canonico decreta in hæreticos, scilicet excommunicatione, & conditionibus requisitis ad illam incurrendam.*

Assertio I. Prima pœna hæreticorum est excommunicatio major latæ sententiæ, quæ ipso facto, seu facto ab ipsis incurritur, *c. Ad abolendam. 9. princ. h. t.* ubi excommunicantur omnes, qui de sacramentis Ecclesiæ aliter sentiunt, quàm S. Ecclesia Romana docet, *n. 11. & 12.* Item excommunicatur omnes hæretici, quocunque nomine appellentur, tur, in *c. Excommunicamus. 13. in princ. h. t. n. 13.* militer in *c. Sicut, 8. in princ.* excommunicantur mnes hæretici, eorúmque receptores, & fautores, & qui tenent eos in domo, vel Terra, vel negotianem cum eis exercent, *n. 14.* Hæretici non communicati Jure Divino, sed solo Ecclesiastico, tiquissimo tamen, *n. 15.* Assert. 2. Ad incur-

dam excommunicationem ob hæresim latam quatuor conditiones requiruntur. Primò, ut quis sit hæreticus verus, & formalis, non tantùm materialis, qui non pertinaciter contra fidem aliquid asserit, *n.* 16. Secundò requiritur, ut quis hæresim internam, sive mentalem verbis, aut alijs signis externis manifestet, *n.* 17. Tertiò, ut actus externus, per quem hæresis interna manifestatur, sit ex se mortaliter malus, & non tantùm prout subsstat actui interno, & ab illo procedit, *n.* 18. Quartò, ut hæresis interna exteriùs manifestetur, animo eam profitendi, *n.* 19. Præterea excommunicantur in Bulla Cœnæ Domini omnes, qui hæreticorum libros hæresim continentes, vel de Religione tractantes, sine auctoritate Papæ, scienter legunt, aut retinent, & eos imprimentes: nam quando auctor damnatur, libri quoque ejus, ac opera etiam aliàs bona damnata censentur, *c. Fraternitati. 4. h. t. n.* 20. quæ requirantur ad prædictam excommunicationem Bullæ Cœnæ incurrendam, *n. eod.* Alia etiam excommunicatio lata est in eos, qui legunt libros prohibitos in Indice librorum, quæ tamen non est reservata Papæ, *n.* 21.

§. II. *Quæ communicatio Catholicis cum hæreticis sit prohibita, vel permissa, & an, ac quando sint vitandi tanquam excommunicati?*

Quæst. 1. An Jure Divino hæretici sint vitandi in rebus Divinis? Resp. esse vitandos in tribus casibus expressis, *n.* 22. Quæst. 2. Quinam hæretici, & in quibus rebus sint vitandi à Catholicis Jure Canonico? Resp. soli illi sunt vitandi, qui nominatim sunt denunciati, non solùm hæretici, sed etiam excommunicati, aut notorij percussores Clericorum, juxta Constitutionem Constantiensem *Ad evitanda* Martini V. *num.* 23. Hinc infertur primò, licitum esse Catholicis, præsertim in locis, ubi permixti sunt cum hæreticis, civilia commercia cum eis inire. Secundò, simul cum eis orare, & rem Divinam, ac Conciones cum eis audire, & funus ad sepeliendum comitari. Tertiò, Templa hæreticorum adire, & in eis preces fundere, ritu Catholico, modò absit scandalum, & periculum propriæ perversionis, *n.* 24. Est autem illicitum Catholicis à Parochis & Episcopis hæreticis Sacramenta recipere, sive Baptismi, extra casum necessitatis, sive Evchatistiæ, sive pœnitentiæ, sive alia, si ritu hæretico ministrentur, *num.* 25. Item illicitum est Catholicis contrahere matrimonium cum hæreticis, quamvis sit validum, excusari tamen possunt à peccato, ratione consuetudinis, dummodo pericula, & incommoda absint, quæ inde sequi solent, *cit. n.* 25. Licitum est etiam Catholico in prædictis locis, filium hæretici è Baptismo suscipere, si ritu Catholico ministratur. Item possunt filij hæreticorum admitti ad Scholas Catholicorum, *num.* 26.

§. III. *An liceat disputare de fide cum hæreticis, vel alijs, & quando, ac quomodo, & an etiam licitum sit laicis prædicare?*

Assertio I. Laicis interdictum est de fide Catholica disputare, sub pœna excommunicationis, *c.* 2. §. *Inhibemus. h. t. in* 6. *n.* 27. Idque extenditur primò, ut laici etiam docti de fide disputare non possint. Secundò, quòd etiam Clericis Regularibus non sit licitum disputare de fide cum hæreticis. Tertiò, neque doctis Clericis coram simplicioribus, *cit. num.* 27. Limitatur autem primò, quod licitum sit disputare cum hæreticis de fide etiam publicè ad defensionem fidei. Secundò, non est prohibitum de controversijs fidei disputare doctis Theologis inter seipsos, vel coram firmis in fide, etiam exercitij gratiâ. Tertiò, etiam laicus disputare potest cum hæretico, in casu magnæ necessitatis, vel utilitatis. Laici præsertim docti in locis, ubi Catholici cũ hæreticis sunt permixti, non peccant, nec excommunicationem incurrunt, etsi cum hæreticis disputent de fide, Excommunicatio autem decreta in laicos disputantes de fide, non incurritur ipso facto, sed per sententiam Judicis, *n.* 28. Assert. 2. Laicis etiam prædicare est interdictum, & Sacerdotes reprehendere, *c. Cum ex injuncto. 12. h. t. n.* 29. Idem prohibetur laicis in *c. Sicut. 14. h. t. n.* 30. Et universim excommunicantur omnes, qui prohibiti, & non missi à Sede Apostolica, vel Episcopo Catholico prædicationis officium usurpare, præsumpserint, *c. Excommunicamus. 13.* §. *Quia vero. h. t. n.* 31.

§. IV. *An aliquando excommunicati propter suspicionem de hæresi, tanquam hæretici condemnari possint?*

Si suspectus de hæresi se debitè non purgat, excommunicari debet, & si per annum in excommunicatione existat, ut hæreticus condemnandus est, *c. Excommunicamus. 13.* §. *Qui autem. h. t. n.* 32. Idem statuitur in *c. Ad abolendam. 9.* §. *Quia verò. eod.* Est autem sic suspectus de hæresi, si per annum in excommunicatione persistat, ipso jure, absque alia sententia Judicis, habendus ut hæreticus, *cit. n.* 32. Similiter si suspectus de hæresi vocatus ab Inquisitoribus, ut de fide respondeat, & ob id, quòd fuit contumax in parendo, vel se absentando, fuit excommunicatus, si per annum in ea perstiterit, ex tunc condemnatur tanquam hæreticus, *c. Cùm contumacia 7. h. t. in 6. num.* 33. Quæ requirantur, ut suspectus de fide condemnari possit tanquam hæreticus, *n.* 34. An excommunicatus propter suspicionem de hæresi, persistens in excommunicatione, etiam post annum possit allegare, & probare suam innocentiam, *cit. n.* 34. Per quos gradus deveniatur ad condemnationem suspecti de hæresi, *n.* 35. Si suspectus de hæresi, post annum elapsum, se sistat in judicio, & non solùm purget suspicionem criminis, sed etiam contumaciam, omnem pœnam effugiet, *cit. num.* 35. Qui propter aliud crimen, præter hæresim v. g. perjurium fuit excommunicatus, & in excommunicatione per annum permansit, habetur pro confesso, & convicto de illo crimine, *cit. n.* 35. Excommunicatus ob aliam causam, quæ ad fidem non pertinet, si per annum in excommunicatione contumaciter persistat, non quidem potest haberi pro confesso, & convicto hæretico, est tamen suspectus de hæresi, *n.* 36. perseverans in excommunicatione, etiam lata ob causam civilem, post annum habetur pro suspecto de hæresi. Item excommunicatus ob quamcunque causam criminalem, vel civilem, & in excommunicatione persistens ultra annum, dignitatibus, & benefijs privandus est. *cit. n.* 36.

§. V. *De absolutione ab hæresi, & excommunicatione ei annexa.*

Non solùm excommunicatio, sed etiam ipsum crimen, seu peccatum hæresis est per se, & imme-

diatè reservatum S. Pontifici, ita ut nullus à culpa absolvi possit, nisi priùs à censura ei annexa absolvatur, *num.* 37. Quær. 1. An Episcopi possint absolvere ab hæresi, & excommunicatione ei annexa? Resp. In Concilio Trident. *Sess.* 24. *c.* 6. *de reform.* concessa fuit Episcopis facultas absolvendi à crimine hæresis occulto, in foro conscientiæ, per se ipsos tantùm, non eorum Vicarios, *n.* 38. Et quibus præterea hæc potestas competat, *v. eod.* Hæc potestas absolvendi ab hæresi non conceditur Episcopis, nisi in ordine ad eos, qui ipsis sunt subjecti, ratione domicilii, & quoad peregrinos ac vagabundos, *n.* 39. Probabilius est hanc absolutionem impendi posse etiam extra Sacramentum pœnitentiæ, *cit. n.* 39. Hæc potestas absolvendi ab hæresi restringitur ad Diœcesim Episcopi absolventis, ita ut non possit absolvere ab hæresi, nisi in propria sua Diœcesi existat, *cit. n.* 39. Restringitur etiam ad hæresim, aliáque delicta occulta Papæ reservata, ubi per delictum occultum intelligitur, quod non est publicum, seu notorium, etsi per testes probari possit, *cit. n.* 39. Limitatur etiam ista potestas absolvendi, ut delictum non sit deductum ad forum contentiosum, per citationem, vel etiam per litis contestationem, ante quam non dicitur judicium propriè cœptum, nec lis mota, *n.* 40. Facultas absolvendi ab hæresi occulta est insuper restricta ad personam Episcopi, ita ut per se ipsum tantùm possit absolvere, non autem per suum Vicarium, *cit. num.* 40. Quær. 2. An prædicta facultas concessa Episcopis sit revocata per Bullam Cœnæ Domini, quoad absolutionem ab hæresi, & aliis casibus ejusdem Bullæ? Plures negant esse revocatam, alii verò affirmant, *n.* 41. Sed quicquid sit de hoc, priorem sententiam negativam in praxi tutiùs amplecti possunt Episcopi in Regionibus ab Urbe remotioribus, præsertim Episcopi Germaniæ, qui possunt per se, & delegatos suos absolvere, non solùm ab hæresi occulta, sed etiam notoria, & publica. Possunt verò in foro externo Episcopi, præsertim Germaniæ, ubi non sunt alii Inquisitores hæreticæ pravitatis, de jure communi absolvere hæreticos, dummodo non sint Hæresiarchæ, ab excommunicatione Papæ reservata. Illud certum est, Episcopos non posse absolvere relapsos in in hæresim, etiam in foro conscientiæ, *n.* 42. Quær. 3. An vi privilegii Sedis Apostolicæ, Religiosi possint absolvere ab hæresi in foro conscientiæ? Resp. affirmativè, *n.* 43. Quær. 4. An sub facultate generali absolvendi à casibus reservatis concessâ per Bullam Cruciatæ, vel Jubilæi, comprehendatur etiam facultas absolvendi ab omnibus casibus contentis in Bulla Cœnæ, vel sub facultate absolvendi à reservatis in eadem Bulla facultas absolvendi ab hæresi? Resp. Negativè, nisi specialiter exprimatur, *n.* 44. Hæreticus absolutus in foro conscientiæ, aut pœnitentiali, vel alio Confessario speciale, ad hoc privilegium habente, si postea accusetur de hæresi in foro externo, non evadit pœnas illius fori, *cit. n.* 44.

### Sectio III. *De aliis pœnis hæreticorum.*

#### §. I. *De pœna irregularitatis, seu inhabilitatis ad Ordines, & ad beneficia Ecclesiastica, quam contrahunt hæretici.*

Quær. 1. An hæretici etiam conversi ad fidem Catholicam sint irregulares? Resp. 1. Si sint hæretici notorii, seu publici, certum est eos, etiam post solutionem ab hæresi, & pœnitentiam actam, non posse Ordines suscipere, *c.* 1. & *c.* Salubriter 21. *caus.* 1. *q.* 7. *c.* 2. §. *Hæretici. h. t. in* 6. Ubi tur, hæreticos non posse admitti ad beneficium Ecclesiasticum, vel officium publicum, quale est ordo Ordo, *n.* 45. Resp. 2. Probabilius est, hæreticum occultum non esse irregularem, adeòque post solutionem ab hæresi, in foro conscientiæ ad Ordines Sacros promoveri posse. Est autem hic sermo, de hæresi occulta, quæ in externum actum prodit, non tamen est publicè nota, seu manifesta, *n.* 46. Quæ possit dispensare in irregularitate ob hæresim contracta, *n.* 47. Quær. 2. An Episcopus, vel Sacerdos, si hæreticus fiat, privetur potestate Ordinis? Resp. Retinere illam: quare hæreticus rité ordinatus valide adhuc consecrat in Missa, baptizat, confirmat, Ordines confert; non tamen tunc valide confertur, quia est Sacramentum pœnitentiæ, quia irritaretur, quæ requiritur ad potestatem absolvendi, *n.* 48. Quær. 3. An, & quâ ratione hæretici sint inhabiles ad beneficia Ecclesiastica, & officii publici? Resp. hæretici inhabiles sunt ad acquirenda beneficia Ecclesiastica, & officia publica, imò etiam ordinati, receptatores, & fautores eorum, & filii usque ad secundam generationem, *c.* 2. §. *Hæretici. h. t.* in 6. quin etiam sunt privandi beneficiis obtentis, & officiis publicis ac honoribus quibuscumque, *c. Dimissi.* 12. §. *Privandi. h. t. in* 6. *n.* 49. Idque extenditur, quòd hæretici non tantùm sunt privandi pœnitentiam, sed ipso jure sint privati omnibus beneficiis Ecclesiasticis ante hæresim obtentis, & inhabiles ad alia obtinenda, nisi hæreticus continuò pœnitens, & ad fidem redierit, *n.* 50. Quin etiam quicumque Ecclesiastici, qui ad preces hæreticorum quorumcumque beneficia Ecclesiastica adepti sunt, iis sunt privati, inhabiles efficiuntur ad alia obtinenda, si scienter receperunt, *c.* 2. §. *Ad hæc. h. t. in* 6. *num.* 51. declaratur *cit. n.* 51.

#### §. II. *De pœna infamiæ, & privationis sepulturæ, quam incurrunt hæretici.*

Quær. 1. An hæretici sint infames? Resp. ipso jure infames, ante omnem sententiam Judicis, ut colligitur ex *c. Excommunicamus.* 13. §. *Credentes. h. t.* Ubi id de fautoribus hæreticorum habetur, ex *c. Statutum.* 15. *eod. in* 6. *n.* 52. Quær. 2. An, & qualiter hæretici priventur sepulturâ Ecclesiasticâ? Resp. Si quis in peccato hæresis decesserit, obstinatus pro eo non fiat, & inter Christianos sepeliri non debet, *c. Sicut.* 8. §. *Si autem, h. t. n.* 53. Scienter sepelliens hæreticos, vel credentes, receptatores, defensores aut fautores eorum, excommunicationem incurrit, donec idoneè satisfecerit, nec absolvi debet, nisi propriis manibus eorum corpora exhumaverit; locus verò ille debet perpetuò carere sepulturâ, *c. 2. in princ. h. t. in* 6. *num.* 54. Declaratâ, *c.* 2. *in princ. h. t. in* 6. *num.* 54. Declaratur *num.* 55.

#### §. III. *De pœna confiscationis bonorum quæ incurritur hæretica.*

Quær. 1. An, & qualiter propter crimen hæresis bona hæreticorum confiscentur? Resp. Bona hæreticorum in Terris Ecclesiæ temporaliter subjectis confiscantur, & applicantur fisco Ecclesiæ: in Terris Principum sæcularium, eorum fisco. Quod si

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ligant, per Censuram Ecclesiasticam compellantur, nec alia bona ampliùs revertuntur ad prædictos hæreticos, nisi ipsi ad fidem redierint, & hæresim abnegaverint; tunc enim ex misericordia poterit hoc iis condonari: nam cùm secundùm Leges Civiles filii reorum læsæ Majestatis amittant hæreditatem, vitâ solùm iis reservatâ: multò magis filii hæreticorum, qui Rei sunt læsæ Majestatis Divinæ, spoliandi sunt bonis temporalibus, quia gravius est æternam ac Divinam, quàm temporalem lædere Majestatem: præsertim quia in multis casibus filii pro parentibus temporaliter puniuntur, *c. Vergentis. 10. h. t. n. 56.* Propter paterni criminis immanitatem, quandoque puniri possunt filii temporaliter, regulariter tamen filius non debet puniri ob crimen patris maximè in spiritualibus: bona hæreticorum confiscantur, ita ut nec Catholicis hæreticorum filiis aliquid relinquendum sit, *n. 57.* Præterea in *c. Excommunicamus. 13. §. Damnati. h. t.* statuitur, quòd bona damnatorum de hæresi, si sint Laici, confiscantur; si Clerici, applicantur Ecclesiis, à quibus stipendia acceperunt, *n. 58.* Denique bona hæreticorum sunt ipso jure confiscata, sed occupatio bonorum non debet fieri ante sententiam promulgatam ab Episcopo, vel ab alia persona Ecclesiastica habente ad id potestatem: si enim qui contrahit incestuosas nuptias; vel raptores, contradicentibus parentibus, vel qui illicitas merces transvehunt, privantur iisdem rebus, ipso jure; multò magis bona hæreticorum ipso jure sunt confiscata, *c. Cùm secundùm. 19. h. t. in 6. num. 59. & 60.* Bona autem hæreticorum confiscantur, etiamsi primùm post mortem de hæresi fuerint convicti, & condemnati, *c. Accusatus. 8. §. In eo verò casu. h. t. in 6. cit. num. 60.* Quær. 2. An hæreticus, cujus bona, ob crimen hæresis, ipso jure, sunt confiscata, à die commissi criminis, ipso facto, etiam amittat dominum, & administrationem omnium bonorum, eáque ad fiscum transeant? Resp. Probabilius est, non amitti ipso facto, ante sententiam declaratoriam criminis, *n. 61.* Ponuntur duæ exceptiones, *n. eod.* Hinc infertur, quòd hæretici, aliique, quorum bona sunt confiscata, non tenentur, ante Judicis sententiam, saltem declaratoriam, in foro conscientiæ tradere bona sua, *num. 62.* Porro sub absoluta bonorum confiscatione propter hæresim, ipso jure, factâ comprehenduntur omnia bona, mobilia & immobilia hæretici, imò etiam jura, & actiones, *cit. num. 62. in fine.*

§. IV. *An dotes uxorum confiscentur, propter hæresim maritorum?*

Resp. Dotes uxorum Catholicarum non confiscantur propter hæresim maritorum, si, quando contraxerunt matrimonium, nesciebant, illos esse hæreticos, *n. 63.* Non solùm autem dos, sed etiam bona paraphernalia, & quæcunque alia bona propria uxoris non confiscantur, propter hæresim mariti, *n. 64.* Nec usufructus dotis, qui percipitur ex aliis bonis uxoris. Et non tantùm in donatione inter vivos, sed etiam mortis causâ factâ inter conjuges, non habet locum confiscatio bonorum, *cit. n. 64.* Excipitur, nisi uxores scienter nubant viris hæreticis; tunc enim privantur dote non ipso jure, sed per sententiam Judicis. *n. 65.* Neque verò hæc pœna amissionis dotis est extendenda ad alia bona non dotalia, *n. 66.* Neque vice versâ, vir Catholicus scienter contrahens matrimonium cum hæretica, incurrit similem pœnam amissionis bonorum, *n. 67.*

§. V. *Cui applicari debeant bona, tum Clericorum, tum laicorum, confiscata propter hæresim?*

Assertio I. Bona Clericorum propria, & patrimonialia, propter hæresim eorum confiscantur, eáque applicanda sunt fisco Ecclesiæ, & Episcopi in pios usus distribuenda, si ipse Clericus non habeat stipendium ab alia Ecclesia, idque spectato Jure communi, & seclusâ consuetudine; idémque est de bonis Clericorum quasi patrimonialibus, *num. 68.* Ass. 2. Bona Clericorum acquisita, ratione beneficii Ecclesiastici, non transeunt ad fiscum Episcopi, sed applicari debent Ecclesiæ, cui interfuerunt, *c. Excommunicamus. 13. §. Damnamus. h. t. n. 69.* Ass. 3. Bona Ecclesiæ, ut domus, prædia, ac similia, ex quibus Clerici reditus beneficii percipiunt, non confiscantur, ob hæresim Clericorum, qui illa possident, & Judex illa confiscans, ipso jure, excommunicationem incurrit, *Clem. 2. h. t.* Ubi præcipitur, ut deputati ab Inquisitore, vel Episcopo aut Capitulo, Sede vacante, ab aliquo, prætextu Officii Inquisitionis, non extorqueant pecuniam, nec attentent fisco applicare bona Ecclesiæ, ob delictum Clericorum, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, à qua non absolvantur, nisi plenè satisfecerint dominis. Notarii verò, Officiales, & socii, qui hoc sciverint, illos in secreto reprehendant, & corrigant, & si probare possint, denuncient Superioribus, qui tales ab Officiis amoveant, *n. 70.* Explicatur, & declaratur, *num. 71.* Ass. 4. De jure communi Canonico, bona laicorum hæreticorum confiscata in Terris Ecclesiæ, applicantur fisco Ecclesiæ, in Terris verò Imperii fisco sæculari, *c. Vergentis. 10. h. t. n. 72. & seq.* Hodie verò circa applicationem bonorum confiscatorum ob hæresim servari debent consuetudines locorum, modò rationabiles sint, *n. 73. in fine.*

§. VI. *De inhabilitate ad testandum, & hæreditariam successionem, quam incurrunt hæretici.*

Quær. 1. An hæreticus possit testamentum facere? Resp. Negativè, *c. Excommunicamus. 13. §. Credentes. h. t.* Idque extenditur primò, ut sit ipso jure nullum, etiam ante sententiam criminis declaratoriam, quamvis etiam probabile sit, quòd non sit ipso jure nullum, ita tamen ut per subsequentem sententiam revocari possit. Secundò, neque ad pias causas possunt testari hæretici, neque testamentum ab ipsis factum reconvalescit post pœnitentiam, *n. 74.* Quær. 2. An hæreticus sit capax successionis hæreditariæ? Resp. Hæreticus privatur successione hæreditatis, tam ex testamento, quàm ab intestato, *c. Excommunicamus. 13. §. Credentes. h. t.* Est etiam incapax legati ex testamento ipsi relicti, *n. 75.* An hæreticus ita privetur hæreditate sibi delatâ, ut statim post crimen commissum, sit incapax ad succedendum, *cit. n. 75.* Quando hæreticus sit incapax hæreditatis aut legati, ita ut ea confiscentur, vel capax, *cit. num. 75. in fine.* Quær. 3. An, & sub qua pœna prohibitum sit hæreticos instituere hæredes in testamento? Resp. Id esse prohibitum sub pœna excommunicationis Episcopis, *c. Si quis. 5. h. t. n. 76.* Similiter Episcopi, & Clerici instituentes hæreticos in testamento, excommunicati debent, *c. In eos. 6. h. t.* Nisi in-

stituens hæreticos probabiliter ignorârit eos esse hæreticos, *n.* 77. Hinc sequitur, quòd quis etiam post mortem possit excommunicari, *n.* 78. Ubi id declaratur, quomodo sit intelligendum. An Episcopus, vel Clericus possit instituere hæredem Catholicum, *n. eod. in fine.*

§. VII. *De quibusdam juribus temporalibus, quibus privantur hæretici.*

Assertio I. Hæretici amittunt patriam potestatem in filios, ita ut statim, ante omnem sententiam declaratoriam Judicis, filii fiant sui juris, absque alia emancipatione, *c.* 2. §. *fin. h. t. in* 6. *n.* 79. Hæc autem pœna non extenditur ad receptatores, defensores, & fautores hæreticorum, *n. eod.* Ass. 2. Hæretici privantur etiam potestate dominii in servos, vasallos, & jure, quod habent in alios personaliter sibi obligatos, *c. ult. h. t. num.* 80. Hinc infertur primò, servos effici liberos ab obsequio domini, non quidem statim ipso jure, sed post sententiam declaratoriam criminis; & quidem servi Christiani, & Catholici omnino fiunt liberi: servi verò infideles, & hæretici transeunt in dominium fisci, *n.* 81. Infertur secundò, omnes debitores hæretici, eíque obligati, à quocunque debito, & obligatione liberantur, & quidem ipso jure ante sententiam condemnatoriam, vel declaratoriam criminis, modò hæresis sit manifesta, *n.* 82. Quamvis etiam valde probabile sit, quòd debitores, ante sententiam saltem declaratoriam criminis, possint ac teneantur ipsis hæreticis solvere debita, *n. eod.* Secundò omnes debitores hæretici sunt liberati ab omni debito, seu obligatione etiam pœnali, & jurata. Tertiò, licèt hæreticus resipiscat, non tamen obligationes, & debita jam extincta recipit, *num. eod.* Infertur tertiò, quòd hæreticis non sit servanda fides, si à privatis personis sit data, secus si à Principe, *num.* 83. Prædictæ pœnæ privationis patriæ potestatis, & aliorum temporalium jurium non habent locum in Lutheranis Augustanæ confessionis in Germania, *num. eod.*

§. VIII. *De pœna degradationis infligenda hæreticis.*

Quid sit degradatio, & quotuplex, *num.* 84. Quær. 1. An, & quando Clericus ob hæresim sit degradandus? Resp. Clericus manifestè deprehensus in hæresi, nisi statim suum errorem publicè abjuraverit, & congruam satisfactionem præstiterit, degradari debet, id est, omni Officio, & beneficio spoliari, & tradi potestati sæculari puniendus, *c. Ad abolendam. 9. §. Præsenti. h. t. n.* 85. Explicatur, & declaratur, *num.* 86. Quær. 2. Quâ formâ, & à quo sit Clericus hæreticus degradandus, antequam tradatur Curiæ sæculari? Resp. Quando Clericus in Sacris constitutus, propter crimen hæresis est tradendus brachio seculari, vel ad perpetuum carcerem condemnandus, sufficit solus ejus Episcopus ad eum degradandum, convocatis Abbatibus, & aliis Prælatis, & Religiosis ac Litteratis suæ Diœcesis, si ita expedire judicaverit, *c.* 1. *h. t. in* 6. *num.* 87. Clericus in Sacris constitutus in hæresim lapsus priùs est degradandus, *num.* 88. Et quamvis tales Clerici de Jure communi debeant actualiter degradari, ex consuetudine tamen tantùm degradantur verbaliter, *n.* 89. Quinam debeant convocari ad hujusmodi degradationes, *n. eod.*

§. IX. *Quæ pœnæ corporales infligi debeant, ac sint hæreticis, & an etiam pœna perennis carceris imponi possit?*

Assertio I. Pœna, quæ hæreticis pœnitentibus imponi potest, est carcer perpetuus, *c. Excommunicamus.* 15. §. *Si quis. h. t.* Quinam hæretici pœnitentes damnari possint ad perpetuum carcerem, *n.* 91. Possunt Inquisitores fidei cum Episcopi consensu carceris perpetui mitigare ex justa causâ, *c. Ut commissi.* 12. §. *Et illorum. h. t. in* 6. *eit. num.* 91. Neque debet carcer ita arctus esse, ut per illum non incarcerati notabiliter abbrevietur, *n. eod.* Hæretici impœnitentes, & persistentes in pertinacia, pœnâ mortis afficiuntur, *n.* 92. Ass. 1. Inquisitores possunt laicis, & Clericis imponere pœnam peccuniariam applicandam Officio inquisitionis, *n.* 93.

§. X. *De relapsis in hæresim, eorumque pœna.*

Quær. 1. Quinam in Jure Canonico hæretici relapsi censeantur, & quibus ac quot modis dicuntur relapsi? Resp. Relapsi in hæresim, vel sunt vere ac propriè relapsi, vel fictè solùm, per assumptionem. Priores sunt, qui confessi, aut publicè convicti de hæresi in judicio, illam abjurarunt, & postea in eam reincidérunt. A vero lapso distinguitur primò, qui accusatus est de hæresi, vel infectus, abjuravit in judicio hæresim, sed postea rursum in eam labitur, & tanquam relapsus punitur. Quòd si verò levis, & modicæ tantùm fuerit quo suspicio, non censetur relapsus, sed lapsus, gravius est puniendus, non tamen tanquam relapsus, *c. Accusatus.* 8. *in princ. h. t. in* 6. *n.* 94. Secundò quis primò non simpliciter aut generaliter, sed eam tantùm hæresis speciem incurrit, & deinde iterum eiter ac generaliter abjurat hæresim: sed postea liam speciem hæresis, vel sectam incidit, vel in articulo aut Sacramento errat, censetur juris pœnam, ut relapsus in hæresim, *cit. c. Accusatus.* 8. *Eum verò. h. t. in* 6. *n.* 95. Tertiò, ille quoque, jus lapsu in hæresim, ante vel post abjurationem stat, si postea hæreticos recipiat, deducat, vel sibi associet, vel munera eis donet aut promat favorem impendat, qui excusati non possit, ne approbatione, meritò judicatur ut relapsus, id fit ex consequentia approbati erroris, *cit. c. satus. §. Ille quoque. num.* 96. Quær. 2. Quæ jure decreta in hæreticos relapsos? Resp. Illi, abjurationem hæresis, vel postquam se purgarunt in examine proprii Episcopi, deprehenduntur disse in abjuratam hæresim, sæculari judicio, la penitus audientia, relinqui debent, *c. Ad abolendam. 9. §. Illos quoque. h. t. n.* 97. Similiter qui râruntur errorem, vel se purgaverunt in examine proprii Antistitis, & reincidunt in abjuratam simum, sine audientia, sæculari judicio relinqui debent etiamsi convertantur: quia tamen Ecclesia non dit suum gremium redeunti, non debent illi Sacramenta pœnitentiæ, & Eucharistiæ denegari. *Super eo. 4. h. t. in* 6. *n.* 98.

Sectio IV. *De filiis hæreticorum, & de credentibus, receptatoribus, defensoribus, & fautoribus eorundem, ac pœnis.*

§. I. *Quas pœnas incurrant filii hæreticorum?*

Prima pœna est, quòd filii etiam Catholici, vantur hæreditate, & omnibus bonis paternis, pro-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*gentis. 10. h.t. & c. pen. eod. in 6.* quamvis possint succedere ab intestato, vel ex testamento ascendentibus, ut avo, proavo &c. & consanguineis collateralibus, & extraneis Catholicis, *n. 99.* Extenditur primò, quòd filij legitimi, & illegitimi, ac naturales priventur paternâ hæreditate. Secundò, filiæ dote solvendâ ex bonis patris hæretici. Tertiò, filij privantur etiam hæreditate propter hæresim matris. Quartò, etiam nepotes, & alij descendentes per lineam paternam, & maternam privantur hæreditate paternâ, & maternâ, *n. 100.* Limitatur primò, filij hæreticorum pœnitentium non privantur hæreditate paternâ, *c. Statutum. 15. §. Hoc sanè. h.t. in 6.* neq; si eorum pater solùm fuit suspectus de hæresi, non autem confessus, aut convictus. Neque pater punitur propter hæresim filij, *cit. n. 100.* Secunda pœna in filios hæreticorum, imò & fautorum, defensorum &c. decreta est, quòd sint irregulares, ita ut ad SS. Ordines promoveri non possint filij & nepotes eorum per lineam paternam; soli verò filij per lineam maternam, *c. 2. §. Hæretici juncto. c. Statutum. 15. h.t. in 6. n. 101.* Tertia pœna est, quòd hæretici fautores, & defensores eorum sunt privandi, & privati declarandi dignitatibus, & beneficijs Ecclesiasticis, de consilio Diœcesanorum, vel eis absentibus, Vicariorum suorum, & officijs publicis, & honoribus quibuscunque, nisi constaret, quòd Diœcesani scienter hujusmodi personis eadem beneficia contulissent; tunc enim non sunt requirendi, sed potiùs à suo Judice, scilicet Metropolitano puniendi, *c. Ut commissi. 12. §. Privandi. h.t. in 6. n. 102.* Cur non possint Clerici privari beneficijs, non requisito consilio Diœcesanorum, vel Vicariorum eorundem ipsis Episcopis absentibus, *n. 103.* Præterea filij hæreticorum, credentium, receptatorum, defensorum, & fautorum, per lineam paternam, usque ad secundum gradum, per maternam verò usque ad primum, non possunt obtinere beneficia, & officia Ecclesiastica, si secùs actum fuerit, est irritum & inane, *c. Statutum. 15. h.t. in 6. n. 104.* Id verò intelligendum est de filijs hæreticorum, credentium, & aliorum hujusmodi, quos constat in hæresi mortuos esse; secùs quando constat eos fuisse emendatos, & reconciliatos Ecclesiæ, & ad mandatum Ecclesiæ pœnitentiam pro culpa egisse, vel ad eam recipiendam paratos fuisse, *cit. c. Statutum. §. Hoc Sanè, eod. in 6. n. 105.* Aliud est de filijs hæreticorum relapsorum, etsi pœnitentes, & conversi decesserint: nam quamvis hi ad Ecclesiæ Sacramenta recipiantur, eorum tamen filij adhuc remanent privati beneficijs, & inhabiles ad alia obtinenda, *cit. num. 105.* Item filij hæreticorum non sunt ipso jure privati, nec per sententiam privandi beneficijs jam obtentis, ante lapsum parentum eorum in hæresim, sed solis postea obtentis, *c. 2. §. Hæretici. h.t. in 6.* nisi filij hæreticorum scienter obtinuerint beneficia ad preces patris hæretici, *cit. c. 2. §. Ad hæc. eod. in 6. n. 106.* Addunt aliqui aliam pœnam, quam incurrunt filij hæreticorum, & fautorum eorundem, videlicet infamiam. Sed contrarium est probabilius, quia nullo jure ea Statuta reperitur in filios hæreticorum, *n. 107.*

§. II. *Quinam intelligantur per credentes, receptatores, defensores, & fautores hæreticorum, & quæ sint pœnæ eorum?*

Assertio I. Credentes hæreticis dicuntur primò, ij, qui bonam existimationem de hæretico habent, & familiaritatem ei exhibent, quamvis erroribus hæreticorum non assentiantur. Secundò, magis propriè, qui eorum erroribus credunt, non quidem explicitè, assentiendo in particulari erroribus propositis ab hæreticis, nam hi potiùs sunt hæretici, sed implicitè solùm, & in communi, qui nihil quidem specialiter, & in particulari credunt contra fidem, verbis tamen, vel factis profitentur, se credere, quod hæretici credunt, *n. 108.* Etiam illi, qui in infirmitate ab hæreticis per manùs impositionem consolationem petiverunt, & receperunt, inter illos, qui dicuntur credentes hæreticis, censendi sunt, *c. Filij. 3. h.t. in 6. n. 109.* declaratur. *n. 110.* Credentes hæreticis censentur etiam illi in foro externo, qui aliquoties hæreticorum conciones audiunt, quamvis hoc non procedat in locis, in quibus Catholici cum hæreticis permixti vivunt, *n. 111.* Assert. 2. Receptores hæreticorum appellantur illi, qui recipiunt hæreticos, ne in manus Judicum veniant, idque sive sæpius, sive semel tantùm: etiamsi quis recipiat consanguineum suum, vel amicum, ne in manus Judicis deveniat; vel etiam parentes, si recipiant filios hæreticos, vel hi illos, vel conjux conjugem, *n. 112.* Assert. 3. Defensores hæreticorum dicuntur, si quis errores hæreticorum defendat, vel si defendat personam propter hæresim, ne in manus Judicis deveniat, sive defendat in judicio, sive extra illud, *n. 113.* Ass. 4. Fautores hæreticorum censentur, qui quovis modo hæretici auxilium præstant, vel favent in sua hæresi, positivè, sive commissione: vel negativè, sive omissione, *n. 114.* Ass. 5. Credentes, receptatores, defensores, & fautores hæreticorum excommunicationi, & alijs pœnis subijciuntur expressis in *c. Excommunicamus. 13. §. Credentes. h.t. n. 115.* Præterea in *eod. cap. §. Sanè.* præcipitur, ut nemo eis administret Sacramenta, nec eos Christianæ tradat sepulturæ, nec accipiat eleemosynas, aut oblationes eorum, alioquin privetur suo officio, ad quod non erit restituendus, sine speciali indulto Sedis Apostolicæ: & si sint Regulares, non serventur eorum privilegia in illa Diœcesi, *cit. num. 115.* quando non incurrantur hæ pœnæ, *num. 116.* Advocati, & Notarij, qui hæreticis, & eorum fautoribus auxilium, vel consilium, favorem, aut patrocinium præstant, vel si Instrumenta publica pro ipsis facere præsumpserint, sunt suspensi ab officio, & perpetuò infames, *c. Si Adversus. 11. h.t. num. 117. & seq.*

§. III. *De pœnis eorum, qui sunt negligentes in puniendis, & exterminandis hæreticis.*

Rectores, & Consules Civitatum, & aliorum locorum commoniti ab Episcopo jurare debent corporaliter promittendo, quòd requisiti fideliter adjuvabunt Ecclesiam contra hæreticos, & complices: quòd si hoc observare noluerint, honoribus, quos habent, privandi sunt, nec ad alios assumendi, & excommunicari, ac eorum Terræ interdici debent. Item Civitas, quæ contra commonitionem Episcopi negligit punire hæreticos, communione aliarum Civitatum privari debet, ac Episcopali dignitate spoliari. Si qui verò sunt exempti ab Episcopo, & soli Papæ subjecti, in his tamen, quæ sunt statuta contra

hæreti-

hæreticos, debent Episcopis tanquam delegatis Sedis Apostolicæ obedire, non obstantibus privilegijs, *c. Ad abolendam. 9. §. Statuimus. h. t. n. 119.* Præterea Magistratus sæculares perpetui, vel temporales jurare debent, quòd omnes hæreticos ab Ecclesia damnatos pro viribus expellere studebunt. Si verò Dominus temporalis monitus Terram suam ab hæreticis purgare neglexerit, excommunicetur, & si perstiterit in excommunicatione per annum denunciandus est Papæ, qui vasallos ejus à juramento absolvat, & Terram ipsius Catholicis occupandam exponat, *cit. c. Excommunicamus. 13. §. Moneantur autem. h. t.* ubi etiam in fine additur, quòd qui contra hæreticos Crucem assumpserint ad eos exterminandos, gaudeant privilegijs concessis proficiscentibus in subsidium Terræ sanctæ, *§. Catholici. eod. c. n. 120.* Insuper quilibet Archiepiscopus, vel Episcopus per se, vel per alias personas idoneas, saltem semel in anno visitare debet Diœcesin, in qua fama est habitare hæreticos, vel aliquos improbos viros, qui etiam, si hoc expedire videbitur, viciniam compellant jurare, ut si quos hæreticos sciverint, vel occulta conventicula celebrantes, eos Episcopo indicent, qui nisi se purgaverint ab objecto reatu, vel si post purgationem relabantur in pristinam perfidiam, Canonicè puniantur: si verò obstinatè renuerint jurare, ut hæretici condemnentur, *cit. c. Excommunicamus. §. Adijcimus. h. t. n. 121.* Denique Episcopus negligens in hæresi exterminanda, à dignitate Episcopali est removendus, & alius idoneus substituendus, *cit. c. Excommunicamus. §. ult. cit. n. 121.* Postremò præcipitur in *c. Ut Officium. 11. §. Statuimus* prope finem. *h. t. in 6.* Ut Rectores sæculares requisiti à Diœcesanis, vel Vicarijs eorum, aut ab Inquisitoribus jurent observare, & facere observari à suis subditis, toto tempore regiminis, Constitutiones editas contra hæreticos, & fautores eorum, aliàs sint infames, & officio sui regiminis priventur, nec ad alia admittantur, *num. 122.*

SECTIO V. *De Judicibus, & processu judiciario observando in crimine hæresis.*

§. I. *Quinam sint competentes Judices Ordinarij in crimine hæresis, & an etiam Judices sæculares possint de illo cognoscere, vel se immiscere?*

ASSERTIO I. S. Pontifex est supremus Judex in crimine hæresis, qui solus potest judicare, an aliquod dogma sit hæresis, vel non. Secundò, Legatus Papæ à Latere de jure communi est quidem Judex competens, sed de consuetudine non solet se ingerere, sine speciali commissione Papæ, *n. 123.* Tertiò, Episcopus est ordinarius Judex omnium hæreticorum suæ Diœcesis, sive illi Clerici sint, sive laici, & quidem quoad exemptos à jurisdictione Episcopi ipse potest cognoscere de crimine hæresis, non ut Judex ordinarius, sed ut delegatus Papæ, *c. Ad abolendam. 9. §. fin. h. t. n. 124.* Vicarius Generalis Episcopi non est Judex competens in crimine hæresis, sine speciali commissione Episcopi, *cit. n. 124.* Quartò, Capitulum, Sede vacante, potest cognoscere de crimine hæresis, sed non nisi per Vicarium specialiter ad id deputatum, *Clement. 1. §. Propter quod. h. t. num. 125.*

ASS. 2. Principes sæculares, eorúmque Judices nullo modo cognoscere possunt de crimine hæresis, etiam contra laicos, quia est Ecclesiasticum, *c. Ut inquisitionis. 18. h. t. in 6.* ubi præcipitur, ut Domini temporales non resistant Episcopis & Inquisitoribus, sed omnino pareant, & de hoc crimine non cognoscant, aliàs puniendi sunt, *n. 126.* Debent Judices laici res sine dilatione exequi sententiam Judicis Ecclesiastici in hæreticos, eósque punire, *num. 127.* Non potest à sententia lata contra hæreticum appellari, *c. Inquisitionis. §. Usque. de hæres. h. t. in 6.* nisi ea interdicitur appellatio, quamvis à sententia interlocutoria, ante sententiam definitivam, possit appellari, *cit. n. 127.* Judex secularis nec principaliter, nec incidenter potest cognoscere de crimine hæresis, *cit. n. 127.* prohibetur etiam omnibus, ne judicium, processum, vel sententiam Diœcesanorum, vel Inquisitorum, directè vel indirectè impedire præsumant, alioquin excommunicationem incurrunt, *c. Ut Inquisitionis. §. Prohibemus. cit. n. 127.* Officiales cujus Regni, Provinciæ, vel loci, etsi sint excommunicati, & de facto tantùm, non de jure habuntur indictionem: possunt tamen, & debent recurrere ad Ordinarijs Inquisitoribus, vel eorum delegatos contra hæreticos, vel eorum fautores, *& defensores* exercere Justitiam, & suum officium, si sine periculo moræ ad Superiores legitimos recurri non potest. *c. Præsidentes. 6. h. t. in 6. n. 128.* Principes & Magistratus sæculares non possunt Statuta condere, quæ non valent, per quæ directè vel indirectè impeditur, vel retardatur officium inquisitionis contra hæreticos, *c. Statutum. 9. h. t. in 6. n. 129.*

§. II. *De Inquisitoribus fidei, & eorum Officio, & potestate.*

Præter ordinarios Judices in crimine hæresis sunt & alij, quibus à Sede Apostolica Officium inquirendi, & in hæreticos animadvertendi est commissum, qui Inquisitores fidei, seu Sedis deputati appellantur, qui cognoscere possunt, non tantùm de hæresi, sed etiam de articulis ab ea dependentibus, *n. 130.* Quær. 1. An inquisitorum jurisdictio sit ordinaria, an delegata? Resp. esse Judices non ordinarios, sed delegatos, *c. Ne aliqui. 10. h. t. in 6.* & eosdem delegatos ad universitatem causarum, *n. 131.* Qu. 2. Qualis ætas requiratur in Inquisitore? Resp. requiritur, ut annum ætatis XL. attigerit, *Clem.* si Inquisitor ab alio, quàm à Papa sit deputatus, *n. 132.* Qu. 3. Contra quos & quomodo Inquisitores procedere possint? Resp. quando plures Inquisitores, vel singuli seorsim, vel conjunctim possunt inquirere, & procedere contra hæreticos, rúmque credentes, fautores, & defensores, *c. Officium. 11. in princ. h. t. in 6.* nisi Papa specialiter cui ex pluribus Inquisitoribus delegasset causam, tunc enim reliqui non possunt de illa cognoscere, *n. 133.* Item si quis ex hæreticis, vel eorum fautoribus redire voluerit ad Ecclesiæ unitatem, Inquisitores ei absolutionem impendant, & hominum metu Divino postposito procedant, & solerter provideant ne abjuratâ hæresi, redeuntes ad unitatem fidei gant se redire, & sic decipiant ipsos Inquisitores, *c. Ut Officium.* & ibi *Gl. in casu.* Præterea Inquisitores habent liberam facultatem, Prædicatores stuarios, monitione præmissâ, per censuram siasticam, & appellatione remotâ, compellendi inhibendi à prædicationis officio, *cit. c. Ut Officium. §. Compescendi. h. t. in 6.* quæ omnia exequenda

sitor potest invocare auxilium brachii sæcularis, contra impedientes officium inquisitionis, non obstantibus privilegiis quibuscunque, *c. Vt Officium. §. Denique. h. t. in 6. cit. n.* 133. Quær. 4. Contra quos Inquisitores in causa hæresis non possunt procedere? Resp. Inquisitores deputati à Sede Apostolica, & aliis quibuslibet, non possunt inquirere de hæresi, vel procedere contra Episcopos, nisi in Litteris commissionis id exprimatur. Si tamen Inquisitores sciverint, Episcopos, vel iis Superiores commisisse crimen hæresis, aut esse diffamatos, aut suspectos de hoc, tenentur eos denunciare Sedi Apostolicæ, *c. Inquisitores. 16. h. t. in 6. n.* 134. Declaratur, *n.* 135. Secundò, Inquisitores Sancti Officii, & Ordinarii, seu Diœcesani, seu quicunque alii Judices, ordinarii, vel delegati contra Officiales, seu Nuncios Sedis Apostolicæ non procedant, nec promulgent censuram aliquam, sine speciali licentia Papæ, alioquin si quid fuerit attentatum, id est irritum. Debent tamen si Nuncii aut Officiales Papæ aliquid indebitè attentent, Ordinarii, & Inquisitores Papam informare, ut super eo de remedio opportuno provideat, *Extravag. 3. & ult. h. t. Inter communes, n.* 136. Tertiò, nec Episcopus, seu Ordinarius, nec alius Inquisitor potest procedere contra Inquisitores hæreticos, vel de hæresi suspectos, *cit. n.* 136. Inquisitores fidei possunt procedere, & inquirere etiam contra Judæos, & infideles, qui sponte facti sunt Christiani, licèt in infantia fuerint baptizati, vel metu mortis, non tamen absolutè coacti, si postea à fide iterum deficiant, tanquam hæretici sunt puniendi, si fuerint de hoc confessi aut convicti, *c. Contra. 13. h. t. in 6. n.* 137. Idque declaratur, *n.* 138.

§. III. *An Inquisitores fidei possint cognoscere de causis, sive criminalibus, sive civilibus, præter causas hæresis, & quæ hæresim concernunt?*

Resp. Regulariter non possunt, & in specie non debent se intromittere, nec punire exercentes divinationes, & sortilegia, nisi manifestè hæresim sapiant, sed eos suis Judicibus puniendos relinquant, *n.* 139. Præterea Inquisitores se non possunt intromittere in causis usurarum etiam contra illos, quibus injunxerunt restitutionem usurarum, & illi obligârunt se, & sua bona, *c. Accusatus. 8. §. De quæstionibus. h. t. in 6. n.* 140. Possunt tamen Inquisitores compellere hæredes fautorum hæreticorum, qui tamen hæretici non erant, ad implendam pœnitentiam injunctam in bonis temporalibus: secus si mortui sint ante impletam pœnitentiam; tunc enim hæres debet cogi ad implendam talem pœnitentiam, *cit. c. Accusatus. §. Si verò:* post mortem verò hæretici, declarari potest eum fuisse hæreticum, & confiscari bona, *cit. c. §. In eo verò casu. h. t. n.* 140. *&* 141. Denique Clerici, qui negotium inquisitionis reperti fuerint impedire, per Inquisitores debitâ pœnâ castigandi sunt, Religiosi verò graviùs sunt puniendi, *cit. c. Accusatus. §. fin. h. t. in 6. n.* 142.

§. IV. *Ad quænam præterea extendatur potestas Inquisitorum fidei?*

Præterea Inquisitoribus, & eorum singulis facultas concessa est committendi citationes, & denunciationes sententiarum, quas ferunt contra hæreticos, credentes, receptatores, defensores ac fautores eorum, *c. Vt commissi. 12. in princ. h. t. in 6. n.* 143. Possunt etiam Inquisitores, ob legitimam causam Vicarios Generales constituere, *cit. c. Vt commissi, num.* 143. Item data est eis potestas advocandi peritos, Clerum & populum, ut eis assistant, & consilium dent, Concessa quoque eis est potestas procedendi contra illos, qui de sua in aliam Provinciam se transtulerunt. Insuper potestas faciendi, ut eis assignentur libri, in quibus continentur processus contra hæreticos facti: mitigandi quoque, vel mutandi pœnas illorum, qui obedientes suis mandatis sunt in carcere, vel muro conclusi; quod tamen faciendum est simul cum Prælatis, quorum jurisdictioni subsunt. Denique concessa est etiam Inquisitoribus plena facultas privandi, vel privatos declarandi hæreticos, eorúmque fautores, filios ac nepotes omnibus dignitatibus, & beneficiis ac officiis publicis; de consilio tamen Diœcesanorum, vel Vicariorum eorundem, *cit. c. Vt commissi. §. ult. n.* 144. de quibus suprà.

§. V. *An, & quando Episcopi Diœcesani, & Inquisitores, simul procedere in crimine hæresis possint, vel debeant, aut hi, sine Episcopis, & de aliis quibusdam, quæ prohibita sunt Inquisitoribus.*

De priore quæstione agitur in *c. Per hoc. 17. h. t. in 6.* quando Papa generaliter delegat alicui negotium inquisitionis hæreticæ pravitatis in Diœcesi aliqua non derogat Ordinario, seu Episcopo loci, quin possit procedere in eodem negotio, auctoritate ordinariâ, vel delegatâ, si eam habeat. Item Episcopus, & Inquisitor possunt procedere communiter, vel divisim: & si divisim procedunt, tenentur communicare invicem processus: & nisi in tali casu alter alteri judicaverit deferendum, debent simul proferre sententiam, & si non conveniant, mittatur negotium sufficienter instructum ad Sedem Apostolicam. Et Episcopi, sive ordinariâ, sive delegatâ potestate procedant, servare debent in procedendo modum Inquisitoribus præscriptum, *n.* 145. Deducuntur quædam corollaria, *n.* 146. Quod dictum est in *c. Per hoc. 17. h. t. in 6.* declaratur in *Extravag. 1. eod.* scilicet, quòd tunc Episcopi, & Inquisitores teneantur sibi invicem communicare processus, quando procedunt sejunctim, & non quando Episcopi tantùm, vel Inquisitores tantùm procedunt: & processus sunt communicandi in fine, quando nihil restat, nisi promulgare sententiam: secus autem est, quando alter commodè procedere non potest, nisi visis actis alterius, quia tunc semel tantùm in toto negotio procedi debet, ne detur locus favendi. Additur *ibid. §. Verùm*, quòd Episcopus procedens propter expensas factas non potest petere partem proventuum deputatorum Officio inquisitionis ex bonis hæreticorum, sed Inquisitores illam reddant Cameræ Apostolicæ, vel cui Papa eam reddi jusserit, *n.* 147. Præterea in *Clem. 1. §. Propter quod. h. t.* decernitur, quòd negotium Inquisitionis tam per Diœcesanum, quàm per Inquisitores, sine omni carnali amore, odio, vel timore exerceri debet: item quæ præterea Diœcesanus, & Inquisitores circa negotium inquisitionis facere possint, vel non possint, & quid observandũ circa muros, vel carceres hæreticorum, Custodes, & Custodum Ministros, *cit. Clem. 1. §. Sanè, n.* 148. *in fine.* Quid decernatur in *§. Porro. ibid. n.* 149. & quid in *§. Verùm. cit. n.* 149. Explicantur, & declarantur, quæ traduntur in *cit. Clem. 1. n.* 150. *& seq.* Quænam præterea præcipian-

cipiantur, & prohibeantur Episcopis, & Inquisitoribus quoad Officium Inquisitionis in *Clem.* 2. Item Notariis, Officialibus, & sociis *ibid. n.* 152. An Officium Inquisitionis hæreticæ pravitatis exspiret morte Papæ concedentis? Resp. Non exspirare etiam re adhuc integrâ, id est, nec quoad negotia nondum cœpta, vel orta, *c. Ne aliqui. 10. h. t. in 6. n.* 153. Idque procedit non tantùm in Inquisitoribus immediatè deputatis à Papa, sed etiam in deputatis à Cardinalibus, Episcopis, Generalibus, & Provincialibus Ordinum, *n. eod.*

§. VI. *Quomodo probetur crimen hæresis, & per quales testes?*

Hæresis iisdem modis probatur, quibus alia crimina, & probari etiam potest per testes saltem duos, qui sufficiunt ad condemnandum reum, dummodo sint omni exceptione majores, *n.* 154. Quær. 1. Qui possint esse testes in causa fidei contra hæreticos? Resp. Admittuntur testes aliàs jure inhabiles ad testimonium ferendum, in detestationem hujus criminis. Unde etiam excommunicati, participes, & socii criminis, aut aliàs criminosi, & infames admittuntur ad testificandum contra hæreticos, credentes, fautores, receptatores, & defensores, si ex numero, & qualitate personarum, & aliis circumstantiis præsumuntur non dicere falsa, *c. In fidei. 5. h. t. n.* 155. Et quidem non solùm in defectu aliarum probationum, sed etiam si non desit illarum copia, quando proceditur per viam inquisitionis, secus quando per viam accusationis, vel exceptionis. Tertiò, si producantur contra hæreticum, non autem si pro defensione hæretici. Quartò, non potest contra tales excipi, quòd non sint idonei. Quintò, non sunt testes integri, ideóque non sufficiunt ad condemnandum reum, nisi plures fuerint, quàm duo, *n.* 156. Quær. 2. Quinam præterea testes inhabiles admittantur in crimine hæresis? Resp. Perjuri quoque testes esse possunt in causa hæresis, si velint corrigere suum perjurium, deponendo contra se, vel alios suos complices, dummodo ex manifestis indiciis constet, talem non ex levitate animi, odio, vel corruptione pecuniæ, sed zelo fidei suum dictum corrigere, *c. Accusatus. 8. § Licèt. h. t. in 6. n.* 157. Notandum hîc primò, quando testis, qui deposuit in crimine hæresis, est perjurus, statur secundo ejus dicto, non primo. Secundò, in causa fidei etiam hæreticus admittitur ad testificandum contra fidelem, seu Christianum. Tertiò, in hoc crimine etiam admittuntur ad probationem domestici, & familiares, item consanguinei, & affines. Quartò, etiam mulieres, & minores 25. annis, modò sint pubertati proximi: item laici contra hæreticum Clericum, ac denique etiam testes de auditu, non autem inimicus capitalis contra inimicum, *n.* 158. Quær. 3. Quâ ratione examinandi, & recipiendi sint testes in causa hæresis? Resp. In examinatione testium adhibendæ sunt duæ personæ religiosæ, & discretæ, in quarum præsentia per Notarium, aut per duos viros idoneos fideliter depositiones testium scribantur, *c. Vt Officium. 11. §. Verùm. h. t. in 6. n.* 159. Non tamen illæ personæ necessariò debent esse Ordinis religiosi, *n. eod.* Ad conscribendas depositiones testium tenentur omnes, & singuli Religiosi, si ab iis, quibus Officium inquisitionis est commissum, fuerint requisiti, & dum essent in sæculo, Officium Tabellionis exercuerunt: conceditur etiam Religioso quilibet, & Clericis sæcularibus, qui in sæculo Officium exercuerunt, facultas Officium [illegible] berè exercendi, *cit. c. Vt Officium, §. Ad confirmat. h. t. in 6. n.* 160.

§. VII. *Quomodo procedendum sit in causa hæresis, quis Ordo judiciarius sit servandus?*

In negotio Inquisitionis hæreticæ pravitatis proceedi potest simpliciter, & de plano, absque [illegible] torum, & Judiciorum strepitu & figura, *c. ut h. t. in 6. n.* 161. Item dicta testium, & accusationum publicantur, si ex publicatione timeatur grave periculum, *cit. c. ult. §. Iubemus, h. t. in 6. n.* [illegible] permittitur, ut Episcopus, vel Inquisitores [illegible] possint indicere illis, quibus proesum [illegible] explicabunt, & si opus fuerit, sub pœna excommunicationis ipso facto incurrendæ, si violent [illegible] sic tamen ut Inquisitores Episcopum, vel [illegible] de causa non excommunicet, sed in [illegible] dientiæ tenentur ad secretum, *cit. c. ult. §. Et ut rundem. n.* 163. Item præcipitur Episcopis, & Inquisitoribus, ut, ubi est securitas, non dicant esse periculum, & sic nomina supprimantur nec ubi est periculum, dicant esse securitatem, & sic nomina vulgentur, *cit. c. ult. §. Cæterùm. h. t. in 6. n.* 164. Denique in Clement. *Ad nostrum. 3. h. t.* damnatur [illegible] guardorum, & Beguinarum, & eorum errores. Et in *Extravag. 2. Inter Communes, h. t.* damnantur errores Jo. de Poliaco ibidem expressi, *n.* 165.

*SERIES CAPITVLORVM.*


In Antiquis.

*c.* 1. *n.* 5. & 6.
*c.* 2. *n.* 8.
*c.* 3. *n.* 9.
*c.* 4. *n.* 20.
*c.* 5. *n.* 76. & 78.
*c.* 6. *n.* 77.
*c.* 7. *n.* 10.
*c.* 8. *in princ. n.* 14. *§. Si autem. n.* 53.
*c.* 9. *in princ. n.* 11. *§. Qui verò. n.* 32. *§. Præsenti. n.* 85. *& seq § Illos quoque. num.* 97. *§. Statuimus, & §. fin. n.* 119. *& 124.*
*c.* 10. *num.* 56. *& seq. & num.* 72.
*c.* 11. *n.* 117. *& seq.*
*c.* 12. *n.* 29.
*c.* 13. *in princ. n.* 13. *§. Quia verò. num.* 31. *§. Qui autem. n.* 32. *§. Credentes. n.* 52. *& 115. & seq. §. Damnati. n.* 58. *§. Damnamus. n.* 69. *§. Moneantur autem, & §. Catholici verò, n.* 120. *§. Adjicimus, & §. ult. n.* 121.
*c.* 14. *n.* 30.
*c.* 15. *in princ. n.* 85. *§. Si qui. n.* 90.
*c.* 16. *& ult. num. ff.* [illegible] *duobus seqq.*

In Sexto.

*c.* 1. *n.* 87. *& seq.*
*c.* 2. *in princ. n.* 54. [illegible] *benus. n.* 27. *& seq.* [illegible] *Hæretici. n.* 43. [illegible] *hæc. num.* 51. *& seq. n.* 79.
*c.* 3. *n.* 109.
*c.* 4. *n.* 98.
*c.* 5. *n.* 155. *& seq.*
*c.* 6. *n.* 128.
*c.* 7. *n.* 33. *& duobus seq.*
*c.* 8. *in princ. n.* 54. [illegible] *figuratione casûs. n.* [illegible] *§. Eum verò. n.* [illegible] *Ille quoque. n.* 96. [illegible] *ne. n.* 139. *§. Dum* [illegible] *stionibus. n.* 140. [illegible] *verò. n.* 140. *§.* [illegible] *verò. n.* 141. *§.* [illegible] *dotes. n.* 142. *§.* [illegible] *verò. n.* 157.
*c.* 9. *n.* 129.
*c.* 10. *n.* 155.
*c.* 11. *in princ. n.* [illegible] *Si verò, §. Compe*[illegible] *§. Denique, cit. n.* [illegible] *& §. Verùm. n.* [illegible] *Ad conscribendas. num.* [illegible] 160. *& §. Statuimus propè finem. n.* 121.

*c.* 12, *in princ. n.* 143. *& eod c. post princ. n.* 144. *§. Privandi. num.* 49. 102. *& seq. §. Et illorum, num.* 91. *§. ult. n.* 144.
*c.* 13. *n.* 137.
*c.* 14. *n.* 63. 65. *& 66.*
*c.* 15. *in princ. n.* 104. *§. Hoc sanè. n.* 105.
*c.* 16. *n.* 134.
*c.* 17. *n.* 145. *& seq.*
*c.* 18. *n.* 126. *& seq.*
*c.* 19. *num.* 59. *& duobus seqq.*
*c.* 20. *& ult. in princ. num.* 161. *§. Iubemus. num.* 162. *§. Et ut eorundem. n.* 163. *§. Cæterùm, & §. fin. n.* 164.

In Clementinis.

*Clem.* 1. *post princ. n.* 148. *§. Propter quod, eod. n. & 150. §. Verùm. num.* 148. 149. *& 151. §. Sanè. n.* 148. *§. Porro. n.* 149. *& §. fin. n. eod.*
*Clem.* 2. *post princ. n.* 70. *& seq. & n.* 152.
*Clem.* 3. *& ult. n.* 165.

In Extravagantibus Communibus.

*Extrav.* 1. *n.* 147.
*Extrav.* 2. *n.* 165.
*Extrav.* 3. *& ult. n.* 136.

## *TITVLVS VIII.*

## DE SCHISMATICIS, ET ORDINATIS ab eis.

§. I. *Quid sit Schisma, & quomodo ab hæresi differat, & quæ sint pœnæ Jure decretæ in Schismaticos?*

Assertio I. Schisma est scissura, sive disjunctio, per quam quis se ab unitate Ecclesiæ separat, in quantum ea est quoddam Corpus Mysticum ex universis fidelibus velut membris, & Romano Pontifice, tanquam Capite constans, *num.* 1. Assert. 2. Schisma differt ab hæresi in eo, quia hæresis per se, ac directè opponitur fidei, ejus doctrinam negando; schisma verò charitati repugnat, Ecclesiæ unitatem, quæ in charitate consistit, scindendo. Secundò differunt, quia omnis hæreticus est etiam schismaticus, sed non vice versâ. Tertiò, quia schisma est via ad hæresim, *num.* 2. Duobus modis schisma fieri potest, & tripliciter potest quis non parere velle S. Pontifici, *n.* 3. An is, qui se ab alio Episcopo, quàm Urbis Romæ separat, sit schismaticus, *n. eod.* Ass. 3. Prima pœna schismaticorum est excommunicatio, quam non incurrunt, nisi propriè dicti schismatici, qui generaliter ab obedientia Papæ pertinaciter recedunt, ut Papa est, & Christi Vicarius, *n.* 4. Receptatores verò, fautores, vel defensores schismaticorum, hanc excommunicationem non incurrunt, *cit. n.* 4. De Jure communi antiquo, schismatici, sine hæresi, non sunt excommunicati ipso jure, neque absolutè, & universim, *n. eod.* Secunda pœna schismaticorum est inhabilitas ad beneficia, & dignitates Ecclesiasticas, *n.* 5. Tertia pœna est, quòd schismatici privandi sunt omnibus beneficijs, officijs, honoribus, dignitatibus, & Prælaturis perpetuò, cunctis eorum bonis, & juribus confiscatis, *c. Ad succidendos. unic. h. t. in* 6. ubi id statutum fuit de duobus Cardinalibus schismaticis, *n.* 6. quæ tamen Constitutio postea revocata fuit à Benedicto XI. in *Extravag. Dudum. unic. h. t. Inter Communes, n.* 7. Nulla Jure Canonico statuta est pœna privationis beneficiorum, ante schisma, obtentorum, quæ ipso jure incurratur. Neque irregularitatem aliquam incurrunt schismatici, *n.* 8.

§. II. *An Ordinationes, aliique actus, seu gesta per schismaticos sint valida, & quam pœnam Juris incurrant, qui à schismaticis Ordines receperunt?*

Assertio I. Ordinationes factæ à schismaticis, & ab ordinatis ab eis sunt irritæ, & qui acceperunt dignitates Ecclesiasticas, vel beneficia ab eisdem, careant impetratis. Alienationes quoque factæ de rebus Ecclesiæ per schismaticos, vel laicos non valent, & res sine omni onere ad Ecclesias revertuntur: & qui præsumit facere contra prædicta, est excommunicatus, & qui spontè jurant de tenendo schismate, à SS. Ordinibus, & dignitatibus sunt suspensi, *c.* 1. *h. t. n.* 9. Episcopus schismaticus verè, & validè Evchariſtiam consecrat, Confirmationis Sacramentum confert, & Ordinis, dummodo in forma Ecclesiæ illa conferat. Item validè consecrat Templa, Altaria, & vasa sacra. At verò potestatem jurisdictionis spiritualis, nec validè, nec licitè exercere possunt schismatici, adeóque nec à peccatis absolvere, vel excommunicare, leges ferre, vel beneficia conferre &c. quod tamen talis Prælatus acquisivit Ecclesiæ, id tenet, *n.* 10. Assert. 2. Ordinatus ab Episcopo schismatico, statim repellendus est ab officio, nisi legitimè probet secum esse dispensatum ab habente auctoritatem, *c.* 2. *h. t. n.* 11. Cum tali verò ordinato solus Papa dispensare potest, *n. eod.*

*SERIES CAPITULORUM.*

In Antiquis.

*c.* 1. *n.* 9.
*c.* 2. *& ult. num.* 11.

In Sexto.

*c. unic. n.* 6.

In Extravagantibus Communibus.

*Extravag. unic. n.* 8.

## *TITVLVS IX.*

## DE APOSTATIS, ET REITERANTIBUS Baptismatis.

§. I. *De Apostasia in genere, & in specie de Apostasia à fide, ejúsque pœnis.*

Quæst. I. Quid sit Apostasia in genere, & quot sint ejus species? Resp. Apostasia in genere est quædam defectio, seu recessus à DEO, & Apostata est Christianus, qui recessit temerariè à DEO: unde tres sunt species Apostasiæ. Prima perfidiæ, per quam à fide receditur. Secunda inobedientiæ, cùm quis justis præceptis Prælatorum obedire recusat. Tertia est Apostasia irregularitatis, per quam recedit ab Ordine sacro, vel à Religione, quam quis professus est, *n.* 1. Qu. 2. Quis sit, & dicatur apostata à fide, & quæ ejus pœnæ? Resp. primò, Apostata à fide ille dicitur, qui in totum à fide Christi recedit, sive totaliter eam deserit, ut si Christianus fiat Judæus, aut Turca, *n.* 2. Apostasia à fide est species infidelitatis, sed non essentialiter distincta ab hæresi. Item omnis apostata à fide reipsa est etiam hæreticus, sed non vice versâ, omnis hæreticus est apostata propriè. Nam apostasia vel spectatur, quatenus est totalis recessus à vera fide; & tunc apostata propriè dicitur, qui Christum, & Christianam fidem penitus abnegat: hæreticus verò, qui non omnino, sed solùm quoad unum, vel aliquos articulos à fide recedit. Vel apostasia consideratur, non quatenus est re-

cessus à fide Catholica, sed transitus ad falsam aliquam sectam; & ut sic est infidelitas ejus speciei, ad quam fit transitus, ut Judaismus, Paganismus, vel Atheismus, *cit. n. 2.* Resp. secundò. Apostatæ à fide ijsdem pœnis puniuntur, quibus hæretici, *n. eod.* Qui Baptismum spontè receperunt, compellendi sunt, ut prioris sectæ ritus dimittant, & Christianam fidem de novo susceptam observent, *c. Quidam. 4. h. t. n. 3.*

§. II. *De Apostatis ab Ordine Clericali, & à Religione, & pœnis eorum.*

Quær. I. Quis dicatur apostata ab Ordine Clericali, & quomodo puniatur? Resp. is, qui à Statu Clericali, suscepto Ordine sacro, seu majore, cui votum castitatis est annexum, ad statum conjugalem, vel laicalem conversationem, dimisso habitu Clericali, sine dispensatione transit, Apostata ab Ordine dicitur. Item si Clericus in Minoribus constitutus, & beneficium habens Ecclesiasticum, eo retento, ad nuptias transeat, vel ad statum laicorum, propriâ auctoritate, dimisso habitu Clericali, apostata censetur: secùs est, si talis beneficium non habeat, *n. 4.* Resp. secundò, pœnæ apostatæ ab Ordine Clericali sunt primò, excommunicatio non lata, sed ferenda. Secundò, pœna infamiæ, quam ipso facto incurrit. Tertiò, si Clericus Apostata, dimisso habitu Clericali, & tonsurâ, monitus habitum non reassumpserit, perdit privilegium Ordinis Clericalis, ita ut percutiens illum non incidat in excommunicationem, *c. Præterea. 1. h. t.* ubi habetur, quòd tales Clerici, si in criminibus deprehensi teneantur, per censuram Ecclesiasticam, sive excommunicationem percutientis non liberentur: quamvis alij hoc intelligant de Clerico in Sacris constituto, quòd si monitus in Apostasia perstitat, omni privilegio Clericali, etiam fori, sit privandus, *n. 5.* Si non constet de Apostasia ab Ordine, & Statu Clericali: Clerici tamen graviter infamati sint de Apostasia, quia habitum dimiserunt, tum non sunt tolerandi in habitu sæculari, sed per censuram cogendi ad se, deficiente probatione, canonicè purgandum, *c. Tuæ. 3. h. t. n. 6.* Item Clerici apostatæ, qui dimisso habitu, detinentur in carcere, & nec minis, nec blanditijs adduci possunt, ut habitum reassumant, possunt sub gravi custodia asservari, ita ut miseram vitam ducant, donec resipiscant, *c. A nobis. 5. h. t. n. 7.* deducuntur quædam corollaria, *n. eod.* Qu. 2. Quis sit, & dicatur Apostata à Religione, seu Statu Religioso, & quas pœnas incurrat? Resp. primò, Apostata à Religione est, qui, sine licentia Superioris sui, ab Ordine Religioso, quem professus est, recessit cum proposito nunquam redeundi. Unde duo ad Apostasiam requiruntur, ut sine licentia Prælati sui discesserit ab Ordine Religioso: deinde ut ad alium Ordinem Religiosum non transierit, *n. 8.* Resp. secundò, prima pœna Apostatarum à Religioso Ordine est, quòd ipso jure excommunicationem incurrant. Sed probabilius est, solùm excommunicatos esse illos, qui temerè habitum suæ Religionis dimittunt, etiam absque animo apostatandi, seu Religionem omnino dimittendi, *n. 9.* Secunda pœna est, quòd Monachus in Apostasia ordinatus non possit ministrare in illo Ordine suscepto, etsi deinde Abbati suo fuerit reconciliatus, & pœnitentiam egerit, sine dispensatione S. Pontificis, *c. ult. h. t. n. 10.* quam vere spensionem non incurrit, qui durante apostasia nores Ordines suscepit, *n. eod.* Addunt aliqui tiam pœnam apostatarum à Religione, quòd e postquam emendati ad pristinam Religionem rint, non possint eligi in Prælatos Religionis tæ. Sed probabilius est, hanc pœnam illis non incurri, cùm nullum Jus extet eos inhabiles ad Prælaturas, *n. 11.*

§. III. *De reiterantibus Baptismum, eorumque pœnis.*

Baptismus semel legitimè collatus reiterari non debet, cùm indelebilem Characterem imprimat, *num. 12.* Quær. 1. Quæ sit pœna reiterantis Baptismum? Resp. primò, qui alterum scienter ob crassam ignorantiam, iterum baptizat, absolutè regularis fit, ita ut ad Ordines (absque dispensatione) promoveri non possit. Idque indubitatum videtur, dictum ejus sit publicum, *c. 2. h. t.* ubi idcirco ministrante rebaptizanti, ergo multò magis id cum habet in ipso rebaptizante, *n. 13.* Resp. secundò, Diaconi, Subdiaconi, Acolythi, qui ministrant Sacerdoti rebaptizanti, non incurrunt irregularitatem, si peccatum eorum est occultum: tenentur irregulares, ita ut ad Ordines superiores ascendere non possint, si factum eorum est publicum, vel religiosi facti, cum ijs dispensetur, *c. 2. h. t. n. 14.* Resp. tertiò, qui scienter se absolvit, & hac conditione rebaptizari sinunt, simpliciter fiunt irregulares, ita ut ad Ecclesiasticos Ordines nullo modo promoveri possint, in qua irregularitate solus S. Pontifex dispensare potest, *n. 16.* Qu. 2. An qui bis sacramentum Confirmationis alicui confulit, vel si bellam scienter suscepit, fiat irregularis? Resp. negativè, quia id Jure Canonico non est expressum, *n.* Postremò qui scienter Baptismum reiterat, illo iam, si Clerici sint, deponendi sunt, Laici vero communicandi, nec ordinari possunt, *cit. num. fine.*

*SERIES CAPITULORUM.*

In Antiquis.

*c. 1. n. 5.* *c. 4. n. 3.*
*c. 2. n. 14.* *c. 5. n. 7.*
*c. 3. n. 6.* *c. 6. & ult. n. 10.*

## *TITULUS X.*

## DE HIS, QUI FILIOS OCciderunt.

Quær. I. Quid sit parricidium, & quibus committatur? Resp. parricidium proprie ti dicitur, quando quis occidit proprium patrem, matrem etiam naturalem tantùm & illegitimam; postea verò & nomen, & pœna parricidij extenditur ad parentes, qui filios occiderunt. Imò etiam parricidium committitur, ejusque pœna incurritur, Ilij occidunt avum, vel aviam, vel alios ascendentes, vel è contra, si parentes occidant nepotes ex filio filia, omnésque alios descendentes. Secundò, cer, vel socrus occidant generum, aut nurum, vi ce versâ. Tertiò, si frater occidat fratrem, vel rem. Quartò, si alij consanguinei collaterales dant consanguineum infra quartum gradum. Qu

tò, si maritus uxorem, & vice versâ. Sextò, is, cujus mandato parricidium commissum est, vel consilio, vel auxilio. Septimò, qui occidit Patronum, vel emit venenum, ut illud filius patri det, *n.* 1. Qu. 2. quæ sit pœna parricidij Jure civili? *n.* 2. & quæ Jure Canonico, *n.* 3. Mulier quæ sponte filium, licèt ex iracundia, occidit, inducenda est ad agendam perpetuam pœnitentiam in Monasterio. Quòd si non possit ad hoc induci, & timeatur de ejus incontinentia, ei danda est licentia nubendi, ne inhonestè vivat, *c.* 1. *h. t. n.* 4. De Jure Canonico nulla statuta est pœna in parricidas in foro externo, ideo Judex Ecclesiasticus parricidam temporali suæ jurisdictioni subjectum remittit ad Judicem sæcularem, secundùm Leges civiles puniendum. Si verò sit Clericus, deponi debet, ac degradari, ac postea tradi Curiæ sæculari, *num.* 5. Mulier occidens filium suum, non debet ideo à viro separari, non obstante juramento mariti, quòd se ab uxore separare velit, sed alia pœnitentia ipsi imponitur, *c.* 2. *h. t. n.* 6. & 7. Quando infantes reperiuntur mortui in lecto, & nescitur, an à patre, vel matre sint oppressi, agere debent aliquam pœnitentiam; si verò sint certi, se eos oppressisse, scire debent, se graviter deliquisse, & pœnitentiam agere tenentur per tres annos, quorum unus, secundùm aliquos, est, ut jejunent in pane & aqua, *c.* 3. & *ult. h. t. num.* 8.

*SERIES CAPITULORUM.*

In Antiquis. *c.* 2. *n.* 6.
*c.* 1. *n.* 4. *c.* 3. & *ult. n.* 8.

## *TITVLVS XI.*

## DE INFANTIBUS, ET LANGUIDIS expositis.

§. Unic. *Quæ sit pœna parentum, qui filios exponunt ab alijs nutriendos, vel languidos, sive infirmos ab alijs curandos?*

Infans expositus à patre, ipso sciente, & ratum habente, hoc ipso liberatur à patria potestate, sicut & libertus, vel servus expositus à Patrono, vel Domino, fit ingenuus, aut liber. Idem dicendum, si ijdem infirmi expositi sint, vel alimenta ipsis denegata fuerint. Illi verò, qui hos suscipiunt curandos, vel alendos, non acquirunt jus in eorum personas, *c. unic. h. t. n.* 1. Nomine infantis hîc intelligitur, qui est infra septennium. Peccant autem parentes graviter, exponendo filios, si eos commodè alere possint, *n.* 2. An & quando si infans à patre expositus, ab alio alatur, & educetur, alimenta ab eo repeti possint, vel non possint, *cit. n.* 2. Quòd pater filijs alimenta denegans amittat patriam potestatem, id intelligendum est solùm quoad filios languidos, seu infirmos, cujuscunque ætatis sint, & per languidos intelliguntur, qui perpetuo morbo, eóque incurabili laborant, *n.* 3. Prædicta autem Constitutio habet solùm locum in filijs legitimis. Infantibus verò expositis, quorum parentes ignorantur, alimenta præstari debent ab Ecclesia, vel ejus Rectore, *cit. num.* 3.

*SERIES CAPITULORUM.*

In Antiquis.
*c. unic. n.* 1.

## *TITVLVS XII.*

## DE HOMICIDIO VOLUNTARIO, vel casuali.

Sectio I. *De homicidio in genere, & in specie de homicidio voluntario injusto.*

§. I. *Quid sit homicidium in communi, & quomodo dividatur?*

Assertio I. Homicidium est occisio hominis ab homine facta, vel clariùs, quælibet exanimatio hominis, seu humani corporis violenter ab homine facta, quâ anima à corpore separatur, *n.* 1. Ass. 2. Homicidium (scilicet corporale) aliud est voluntarium, aliud involuntarium, seu casuale. Voluntarium, vel est licitum, vel illicitum: hoc rursum vel est directè voluntarium, sive per se intentum: vel est saltem indirectè voluntarium, in causa, adeo propinqua, ut moraliter certò homicidium sit secuturum, etsi in se formaliter, & explicitè non intendatur. Homicidium voluntarium, sed licitum, ac justum, est vel necessarium, ac defensivum, vel est punitivum, quod publicâ auctoritate Magistratûs fit ad punienda delicta. Homicidium verò casuale est, quod casu præter intentionem, causam dantis, fit. Idque vel nullo modo est voluntarium, nec indirectè, sed merè casualiter, seu casu fortuito fit; vel nonnisi in causa, & indirectè, ac per-accidens est intentum, *n.* 2. Item homicidium aliud est simplex, aliud qualificatum, ut si quis occidat patrem, vel Sacerdotem, vel in Ecclesia aliquem &c. *n.* 3. Non potest quis vi juramenti obligari ad patrandum homicidium injustum, & illicitum, *c. Cum juramento. 4. h. t. num.* 4.

§. II. *Quæ requirantur ad homicidium injustum directè voluntarium, ejusque pœnam incurrendam, & quæ pœnæ Jure sint decretæ in homicidas?*

Assertio I. Requiritur primò, ut sit commissum per directam, & expressam, ac spontaneam voluntatem occidendi, per quam scilicet vel mors ipsa in se fuerit intenta, vel saltem in sua causa proxima, sive actione tali, ex qua certò, & inevitabiliter mors sequi soleat: deinde requiritur, ut effectus, sive mors reipsâ actu sequatur, præterquam in casibus jure expressis, *n.* 5. Ass. 2. De Jure Civili pœna homicidij injusti olim fuit deportatio, & bonorum confiscatio, sed hodie est pœna mortis, si per dolum cædes facta sit. At verò de Jure Canonico, si laicus committat voluntariè & injustè homicidium, excommunicandus est, *n.* 6. Si verò Clericus patret homicidium, deponendus est ab Ordine, & beneficio, non autem communione privandus: & insuper etiam est detrudendus in arctum Monasterium ad peragendam pœnitentiam: vel loco ejus in carcerem perpetuum, vel temporalem, pro qualitate delicti, saltem si non esset pœnitens, sed de fuga suspectus, *n.* 7. Verùm quod dicitur in *c.* 1. *h. t. n.* 8. *Si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias, ab Altari meo avellatur, ut moriatur*, id est, deponatur, rectiùs intelligitur de eo, qui per industriam, id est, ex proposito, & per insidias, id est, proditoriè, in Ecclesia, vel extra illam, Clericum vel laicum, & sive ipse occidens sit Clericus, vel laicus, quòd talis, inquam, non gaudeat immunitate Ecclesiasticâ, quominùs violenter à suo Judice extrahi possit ab Ecclesia, *n.* 9.

fia, *n.* 9. Secunda pœna homicidij voluntarij, & injusti est, quòd Clericus, qui animo deliberato aliquem occidit, privatur omnibus beneficijs Ecclesiasticis obtentis, non ipso jure, sed per sententiam Judicis, *n.* 10. Tertia pœna est, quòd homicida voluntarius, & injustus privetur successione hæreditariâ ejus, quem occidit. Quarta denique, Jure Canonico homicida voluntarius efficitur etiam irregularis, seu inhabilis ad Ordines suscipiendos, & in ijs ministrandum, *cit. n.* 10. Quænam in pœnis, & pœnitentijs imponendis à Judice sint consideranda, juxta *c. Sicut dignum. 6. h. t. n.* 11.

§. III. *Quinam tum in genere, tum in specie, propter homicidium voluntarium, & injustum irregularitatem incurrant, vel alias pœnas Iure decretas in homicidas?*

Generatim loquendo, qui aliquem voluntariè, & injustè per se ipsum occidit, fit irregularis; idémque dicendum de eo, qui dat causam propinquam efficacem mortis, etsi ea post longum tempus sequatur. Et hinc Clericus, qui causam dat homicidio, ad Sacerdotium non est promovendus, *c. De cætero. 11. h. t* idémque est de laico, *n.* 12. Quær. primò. An qui procurat abortum fœminæ prægnantis sit homicida, & fiat irregularis? Resp. affirmativè, si fœtus erat animatus, aliàs secus, *c. Sicut. 20. h. t. n.* 13. Si quis abortire facit mulierem gravidam, antequam fœtus animâ rationali est informatus, non fit irregularis, *n.* 14. qui viro, vel mulieri aliquid fecit, per sortilegium, vel incantationem, vel ad potandum dedit, ut non possit generare, aut concipere, vel nasci proles, ut homicida tenetur, *c. Si aliquis. 5. h. t.* non punitur autem pœnâ ordinariâ mortis, sed aliâ mitiore, dummodo fœtus nondum animâ rationali fuerit informatus, *n.* 15. Qui alium lethaliter percussit, licèt postea ab alijs omnino fuerit peremptus, irregularis censetur. Idémque est, si non constet, sed dubium sit, an ex ictu priùs percutientis: an verò ex posteriore percussione obierit: quin imò etsi non constet, an quis percusserit lethaliter, si tamen voluntatem occidendi habuit, & ex aliorum percussione obijt, etiam primus percussor irregularis censebitur, propter voluntatem occidendi, effectu reipsâ secuto, *c. Significâsti. 18. h. t. n. 16. & 17.* Qui posteriùs percussit ab alio lethaliter vulneratum, fit irregularis, quia etiam ipse occidit, accelerando mortem ipsius. An quando quis primò graviter est percussus, sed non mortuus, deinde verò ab alio est percussus lethaliter, & mortuus, uterque sit puniendus pœnâ ordinariâ homicidij, *n.* 18. Qu. 2. An si volens ex proposito occidere Titium, per ignorantiam, & errorem occidat Cajum, sit puniendus ut homicida, pœnâ ordinariâ? Resp. affirmativè, quamvis aliqui putent, talem non esse puniendum pœnâ mortis, sed arbitrariâ, *n.* 19.

§. IV. *An mandans aliquem occidi, fiat irregularis, aliásque pœnas injusti homicidij incurrat?*

Qui mandat alium occidi, fit irregularis, si mors sequatur, & pœnâ ordinariâ homicidij puniri potest, *n.* 20. Extenditur primò, Mandans aliquem verberari, etsi expresè prohibeat, ne occidatur, vel membro aliquo mutiletur, irregularis fit, si mandatarius fines mandati excedens eum mutilet, vel occidat, *c. Is, qui. 3. & ult. h. t. in 6.* dummodo percussio sit illicita, secùs si licita, *n.* 21. Secundò, si mandans occidi, vel verberari aliquem, sit irregularis, non expressum, sed tacitum solùm mandatum ... rit ad occidendum, vel mutilandum, *n.* 22. Tertiò, Mandans alium occidi, fit etiam irregularis, si mandatarius occidatur, vel mutiletur, *n.* 23. Limitatur autem tradita doctrina primò, si homicidium non fit securum, licèt à mandante ... tentatum, non enim mandans incurrit irregularitatem, vel aliam pœnam ordinariam. Secundò, si mandatarius, etiam sine alicujus mandato, ... cisurus, non fit irregularis, quod verum est, nisi ... mandatum ei datum, mandatarius citiùs occidat, quia tunc est causa propinqua accelerationis mortis; si non citiùs occidit, tunc enim non fit irregularis ipse mandans. Tertiò, nisi mandans ... dere revocavit mandatum, ita ut revocatio ... timata mandatario, tunc enim non fit irregularis ipse mandans, si post hujusmodi revocationem ... missum sit homicidium à mandatario, *n.* 24. Aliæ pœnæ Jure Canonico decretæ in mandantes ... homicidium quandoque incurrunt, etiamsi mors seu cædes non sit secuta: nam qui per assassinos ... quem Christianum interfici facit, vel mandat, ... mors non sequatur: vel si eos receperit, defenderit, vel occultaverit, ipso facto incurrit excommunicationem, & depositionem à dignitate, honore, & Ordine, officio, & beneficio, ita ut alijs conferri ... ab eo, ad quem spectat collatio, & est etiam ... suis temporalibus bonis perpetuò diffidatus ... lo Christiano, seu bannitus, & postquam ... libus argumentis constitetit, aliquem tam ... bile scelus commisisse, nulla alia excommunicationis, vel depositionis, seu diffidationis ... sententia requiritur, *c. 1. h. t. in 6. n.* 24. Quinam ... intelligantur per Assassinos, *n.* 25. Excommunicatio, aliæque pœnæ in *cit. c. 1.* latæ sunt, non ... mandatorios, sive homicidas, sed solùm in ... tes, qui operâ Assassinorum infidelium Christianum aliquem occidi jusserint. Si infidelis per alium ... cunque pecuniâ conductos occidatur, non ... locum prædictæ pœnæ, *cit. num.* 25. Probabilius ... Clericos committentes hoc crimen Assassinij ... mittere, ipso jure, omne privilegium Clericale ... actualem degradationem, per quam Curiæ ... traduntur, *n.* 26. Qui mandat, operâ infidelium ... ssassinorum, occidi fidelem, est perpetuò diffidatus ... populo Christiano, ita ut possit à quolibet ... impunè occidi, & bona illius à fisco occupari ... runt, *cit. n.* 26.

§. V. *An sicut mandans, ita etiam consentiens in homicidium injustum, vel illud approbans incurrat irregularitatem, & alias pœnas homicidij?*

Assertio I. Si quis purè, & sine ulla coactione, consentiat in homicidium, quod nullo modo fit nomine ipsius consentientis, is non fit irregularis, nec ullam pœnam incurrit, etiamsi consentiens ... bis exprimat, *n.* 27. Ass. 2. Qui homicidium ... alio patratum, etsi suo nomine sit factum, postea ... probat, & ratum habet, cui antequam ... consilium, nec favorem, nec auxilium præstitit, ... incurrit irregularitatem, nec aliam pœnam ... in homicidas, *n.* 28. Neque is fit irregularis, qui ... commissum homicidium ab alio, etiam suo nomine ... ajunt,

ad quod tamen non est cooperatus, recipiat, occultet, vel defendat homicidam, vel quid ei donet propter cædem factam. Idémque dicendum de alijs criminibus, etsi atrocioribus, propter solam ratihabitionem, nullum puniendum esse pœnâ ordinariâ ipsius delicti, sed solùm extraordinariâ, *n.* 29.

§. VI. *An consulens homicidium injustum incurrat irregularitatem, vel alias pœnas Iuris?*

Assertio I. Qui consilium dedit ad homicidium, vel mutilationem, fit irregularis, aliásque pœnas Juris incurrit, si illud reipsâ sequatur, ex vi illius consilij, quia is, cui consilium est datum, alioquin non erat occisurus, *n.* 30. Assert. 2. Quamvis is, cui datum est consilium, esset aliàs occisurus hominem, si tamen quis consulendo auxit voluntatem illius, ut tantò promptiùs, vel citiùs, vel crudeliùs aliquem occideret, fit irregularis, *c. Sicut. 6. §. Qui verò. h. t. n.* 31. Assert. 3. Si consulens homicidium, ante ejus executionem, consilium revocat, non ideo statim liber est ab irregularitate, sed debet conari contrarium persuadere ei, cui consilium dedit, ne illud exequatur: qui verò consulit minus malum, v. g. mutilationem ei, qui vult occidere, non fit irregularis, si non possit aliâ viâ eum à cæde avertere, *n.* 32.

§. VII. *An qui cooperatur ad homicidium, præstando opem, vel auxilium, sit irregularis, vel ordinariam pœnam homicidij incurrat?*

Assertio I. Qui auxilium præstando, est causa propinqua commissi homicidij, ita ut consilio non præstito, illud non fuisset patratum, is irregularitatem incurrit, *n.* 33. Ass. 2. Si auxilium ferens sit causa proxima & immediata, saltem partialis, homicidij commissi, ita ut absque eo auxilio, mors non fuisset secuta, is pœnâ ordinariâ homicidij est puniendus: alioquin verò si fuit causa solùm remota, pœnâ extraordinariâ, & mitiore, *n.* 34. Unde inprimis, qui se sociat homicidæ, animo occidendi, licèt non apponat manum, si tamen v. g. ex captione alicujus secuta est mors, tenetur pari ferè pœnâ, quâ homicida, *c. Sicut. 6. §. Illi autem. h. t. cit. n.* 34. Secundò, qui sociat se homicidæ, animo tantùm prohibendi, ne is impediatur ab homicidio, tenetur paulò minore pœnâ, *cit. c. Sicut. §. Illi etiam. num.* 35. Tertiò, qui custodiunt sarcinas occidentium, scientes eos esse Sicarios, non sunt immunes à pœnis homicidij, *cit. c. Sicut. §. Hi quoque. n.* 36. Quartò, qui occupat bona occisi, à pœna quidem mortis est immunis, sed illa, quæ occupavit, tenetur integrè restituere, nec sufficit, quòd illa eroget pauperibus, si potuit restituere eis, quorum constat fuisse, & ipsi occupanti moderata pœnitentia est imponenda, *cit. c. Sicut. §. Eos insuper. n.* 37. Quintò, qui participant cum occisoribus excommunicatis, diversimodè sunt puniendi, magis, vel minùs, consideratâ temporis morâ, & utrùm timore, vel affectione communicaverint, num scienter, vel ignoranter, *cit. c. Sicut. §. Illis præterea, num.* 38. Denique Clerici, qui armati morti interfuerunt, vel qui consilium dederunt, ut occisus caperetur, ab Altaris ministerio perpetuò sunt deponendi, & in Monasterium, vel carcerem detrudendi, saltem ad quinquennium: & in Ecclesijs nullo unquam tempore Lectiones legant, vel Responsoria in Choro separatim cantent, sed in psalmis apud DEUM veniam impetrare satagant, *cit. c. Sicut. §. Clericos. h. t. n.* 39. An quando plures simul opem ferendo, concurrunt ad occidendum aliquem, qui postea moritur, omnes censendi sint irregulares, & teneantur pœnâ homicidij, *n.* 40. Idque declaratur magis, *n.* 41.

§. VIII. *An non impediens homicidium, cùm possit, ac debeat, fiat irregularis?*

Assert. I. Qui non impedit homicidium, si ad id teneatur solùm ex charitate, non fit irregularis, etiamsi omittat impedire, ex odio interno, & desiderio mortis proximi, *n.* 42. Ass. 2. Qui tenetur ex justitia impedire homicidium, si possit impedire, sine gravi suo damno, & non impediat, fit irregularis, ut si pater non impediat homicidium filij, vel dominus servi, vel Judex subditi, & è contrario, *n.* 43. deducuntur quædam corollaria, *n.* 44.

Sectio II. *De homicidio casuali, & omnino involuntario?*

§. I. *An ex homicidio casuali, quod ex opere licito secutum est, contrahatur irregularitas?*

Agitur hîc non de homicidio, quod nullo modo est voluntarium, ut si fiat absque amente, sed de eo, quod est indirectè voluntarium, & per accidens intentum, non in se, sed in causa, adeóque mixtum ex voluntario, & casuali, & culpabile, ut si quis percutiat fœminam gravidam, sine animo causandi abortum, si ille sequatur, & fœtus fuerit animatus, committit homicidium, non directè voluntarium, sed indirectè, sive in causa, scilicet percussione. Deinde ex duplici causa potest alicui homicidium casuale imputari ad culpam: vel quia non adhibuit sufficientem diligentiam ad cavendum homicidium, etsi dederit operam rei licitæ: vel quia dabat operam rei illicitæ, *n.* 45. Assert. 1. Qui dat operam rei licitæ, si debitam diligentiam adhibuit ad vitandum periculum mortis, etiamsi ex tali opere homicidium postea sequatur, non fit irregularis, nec aliam pœnam homicidij incurrit, *n.* 46. Et hinc Clericus sedens in equo, si equus, sine culpa sessoris, fracto freno, currat, & puerum in via existentem conculcet, & interficiat, non fit irregularis, sed celebrare potest, quia non dedit operam rei illicitæ, & nec actu, nec voluntate commisit homicidium, *c. Dilectus. 13. h. t. n.* 47. deducuntur quædam corollaria, *n. eod.* Secundò, Clericus, qui cùm fœnum de curru deponeret, factâ priùs diligente circumspectione, petticam projecit in terram, casúque puerum oppressit, non fit ideo irregularis, nisi contra eum grave scandalum oriatur, vel tantâ laboret infamiâ, ut sit ei indicenda Canonica purgatio, *c. Ex litteris. 14. h. t. nnm.* 48. Tertiò, Monachus, qui dedit operam rei licitæ, v. g. deponendo campanam de campanili, & ipso movente lignum decidit, & puerum quendam obtrivit, & occidit, non ideo est irregularis, si lignum decidit in loco, per quem aliquem transire non credebat, vel ibidem existere, vel illuc venire, sed ad altiores Ordines promoveri potest, *c. Ex litteris. 15. h. t. n.* 49. Quartò, si Clericus incedat in equo feroci, & propter ferociam equi aliquis occidatur, sessor non incurrit irregularitatem, si ignoravit vitium equi, debet tamen illi ad cautelam pœnitentia comperens injungi, quâ peractâ, potest ministrare in Ordinibus susceptis, & promoveri ad altiores, *c. Significâsti. 16. h. t. n.* 50. Quintò, si Clericus, ludendo lusu innoxio,

noxio, aliquem proijciat in terram, & cultellus, quẽ ad latus gestabat, casu excidens illum feriat, & is moriatur, talis, si fuerit ludus licitus, & per se innoxius, non fit irregularis, sed ad sacros Ordines promoveri potest, *c. Lator. 9. h. t. n. 51.* Sextò, irregularitatem non incurrit ille Clericus, qui ludendo lapidem in alium projecit, animo eum deterrendi: hic verò fugiendo eum lapidem, casu in alium lapidem impegit, & in capite fuit vulneratus, sed postea medici imperitiâ, vel incuriâ mortuus fuit, *c. Exhibita. 22. h. t. n. 52.* Septimò, Sacerdos, vel alius Clericus, dando operam rei licitæ, v. g. pulsando campanam ad convocandum populum ad Divina, si casu fortuito, & sine sua culpa, aliquis occidatur, v.g. quia tintinabulum decidit, & aliquem occidit, non fit irregularis, *c. Ioannes. 32. h. t. n. 53.* Octavò, non fit irregularis Presbyter, si dum dabat operam rei licitæ, adhibitâ diligentiâ, quam debuit, & monendo tempestivè, & altâ voce circumstantes de periculo, quod ipsis imminebat, aliquis occidatur, *c. 25. & ult. h. t. n. 54.* Ass. 2. Qui dat operam rei, seu actui secundùm se licito, & bonâ intentione facto, si tamen intervenit culpa, seu negligentia vitandi periculum mortis, irregularitatem incurrit. Unde si Presbyter in correctione pueri modum excedens, eum percutiat in capite, v. g. ita ut post paucos dies moriatur, si talis mortuus fuerit ex ipsa percussione, vel in infirmitatem incidat, ex qua deinde obijt, talis Presbyter ab Officio Sacerdotali deponendus est, & ab Altaris ministerio perpetuò removendus, *c. Presbyterum. 7. h. t. n. 55.* Præterea si Clericus v. g. Diaconus ludat, ludo aliquo secularium, & casu aliquis occidatur, non potest ordinari, sine dispensatione Papæ, nec ministrare in Diaconatu, potest tamen cum eo dispensari, ut ministret in Subdiaconatu, *c. Continebatur. 8. h. t. n. 56.* declarantur priùs dicta, *n. 57.* ubi etiam additur, quòd solus Papa cum homicida etiam casuali, dispensat in sacris Ordinibus, si culpa præcessit homicidium.

§. II. *An in dubio commissi homicidij, quis censendus sit irregularis, vel non?*

Si Presbyter, vel alius Clericus volens corrigere famulum suum, & verberans cingulo, quo erat cinctus, & casu ex vagina elapsus cultellus eum aliquantulum vulneravit: postea verò cùm ille vulneratus convaluisset à vulnere, graviore infirmitate vexatus mortuus est: tunc si constet, quòd ex alia infirmitate sit mortuus, quàm ex vulnere, potest Presbyter ille celebrare: si verò dubium sit, an ex vulnere decesserit, non debet in sacris Ordinibus ministrare, quia in dubijs via tutior est eligenda, sed salutarem pœnitentiam agere debet: potest tamen ei concedi, ut in minoribus Ordinibus ministret, *c. Ad audientiam. 12. h. t. n. 58.* Hinc patet, quòd in dubio commissi homicidij, adeóq; in dubio facti, quando certum est irregularitatem in aliquo casu esse jure decretam, sed dubium est, an quis homicidium verè commiserit, in utroque foro, non solùm interno, sed etiam externo, censendus est esse irregularis, *n. 59.* Si verò dubitetur, an in hoc vel illo casu irregularitas in jure sit statuta; adeóque in dubio juris, in neutro foro quis censendus est irregularis, *cit. num. 59.* Porro regula tradita, quòd in dubio facti tutior pars sit eligenda, adeóque censendus quis sit irregularis, solùm specialiter locum habet in irregularitate homicidij: non autem in alijs irregularitatibus, nec in dubio juris, nec facti, necessariò portet partem tutiorem, nec censendum est peccare piam esse irregularem, *n. 60.* imò qui debuerit aliquem mutilaverit membro, etiam si debito fine non est censendus irregularis, quia hoc formaliter ne non est expressum, *n. eod.* Ex dictis deducuntur quædam corollaria, *n. 61.*

§. III. *Qualis culpa, sive negligentia præcedere debeat ad incurrendam irregularitatem, quæ oritur ex homicidio casuali facto ab eo, qui dedit operam rei licitæ?*

In hac re certum est, latam culpam, seu culpam negligentiam sufficere ad incurrendam irregularitatem, quæ oritur ex homicidio casuali. Advertunt levis quoque culpa sufficiat, aliqui affirmant, alij negant, sed requiri latam ajunt, quando quis dedit operam rei per se licitæ, sed debitam non adhibuit diligentiam ad vitandam mortem, *n. 62.* In foro verò conscientiæ, non incurritur hæc irregularitas, ob solam culpam juridicam, sed necesse est, ut intercurrat vera culpa Theologica, atróque verum peccatum, saltem veniale: imò ut probabilius est, requiritur, ut ex culpa mortali plenè deliberatâ fuerit homicidium casuale, ut incurratur irregularitas, *num. 63.*

§. IV. *An, & in quibus casibus is, qui dat operam rei illicitæ, seu prohibitæ, ex qua rejpsa sequitur homicidium, fiat irregularis, quamvis omnem diligentiam adhibuerit ad illud vitandum, vel non fiat?*

Tres sunt sententiæ. Prima universaliter tenet hunc esse irregularem. Secunda sententia oppositum dicit, quòd dans operam rei illicitæ, nunquam fiat irregularis, si adhibuit debitam diligentiam ad vitandum homicidium. Tertia sententia est omnium probabilior, *n. 64.* Assert. 1. Vel dat quis operam rei licitæ, quæ tamen non inducit propinquum periculũ homicidij, vel mortis, & talis non fit irregularis, si debitam diligentiam adhibuit ad vitandũ homicidium etiamsi mors postea sequatur. Vel dat quis operam rei illicitæ, quæ suâpte naturâ, apta est ad inducendam mortem, ideóque specialiter prohibita est propter periculum homicidij, & tunc fit irregularis, etiamsi debitam diligentiam adhibuerit ad illud vitandum, *n. 65.* Respondetur ad fundamenta primæ sententiæ, & ad fundamentum secundæ, *n.* Ass. 2. Plures sunt casus particulares, in quibus homicidium ex opere illicito, & periculoso tum, etiamsi adhibita sit debita diligentia, incurritur irregularitas, qualis est, & quidem præcipuus nachus, vel etiam Clericus sæcularis in Sacris stitutus peritus chirurgiæ, eam exerceat, adhibita omni diligentiâ, & causâ pietatis, si tamen quatur, fit irregularis, quia deliquit usurpando cium ab eo alienum, & quod ipsius fatui non veniebat: potest tamen cum tali, post peractum nitentiam, dispensari, ut celebret. Quòd si peritus chirurgiæ, vel non cum diligentia, negligentiâ pietatis, officium chirurgi exercuit, irretitus est ei Sacerdotalis Ordinis executio, *c. Tuam. in princ. h. t. n. 67.* Cur in casu hujus cap. incurritur irregularitas, *n. 68.* Excipitur casus necessi-

si alius Chirurgus non adsit, qui possit, & velit curare, tunc enim non fit irregularis, etiamsi mors sequatur, *cit. n. 68.* Quòd si Chirurgus, vel Medicus sit laicus, etsi ipsi ob causam aliquam extrinsecam prohibitum sit exercere illum actum, non tamen fit irregularis, si debitam diligentiam adhibuit, etsi mors sequatur: si verò per imperitiam, vel negligentiam culpabilem Medici, vel Chirurgi mors eveniat, id eis imputari debet, *n. 69.*

§. V. *De homicidio omnino involuntario, & inculpabili.*

Quær. I. An homicidium factum in furore, vel infantia, aut in somno inducat irregularitatem? Resp. si furiosus, infans, vel dormiens hominem occidat, vel mutilet, non efficitur irregularis, ita ut neque quoad Ordines susceptos, nec quoad suscipiendos sint irregulares. *Clem. unic. h. t. n. 70.* Excipitur furiosus, si dilucida intervalla habeat, & dum sanæ mentis est, hominem occidat, *num. 71.* Sed etsi puer infra tempus infantiæ, & ante septennium completum, plenum usum rationis habeat, & hominem occidat, probabilius est, non fieri irregularem: quin imò neque fit irregularis, si major sit septennio, necdum tamen usum rationis habeat, *n. 72.* Si dormiens occidat hominem, non fit irregularis, nisi homicidium sit prævisum in vigilia, quia vigilans advertit, quòd in somno soleat surgere, & arma capere, *n. 73.* Qu. 2. An etiam ebrius non fiat irregularis? Resp. non fieri de Jure Canonico, quamvis in foro civili ebrietas non excuset ab omni pœna, *n. 74.* Homicida non censetur, & consequenter nec irregularis, ille, cujus occasione, eo tamen prohibente, & causam non dante, ab ejus amicis, famulis, vel consanguineis homicidium committitur, *c. Petrus. 17. h. t. n. 75.* Quando talis irregularis fiat, vel non fiat? *n. 76.*

SECTIO III. *De homicidio necessario, sive ob defensionem facto, & irregularitate ex eo contractâ.*

§. I. *An qui ob defensionem suæ propriæ personæ, ac vitæ, alium occidit, vel ob defensionem proprij honoris, ac famæ, fiat irregularis?*

ASSERTIO I. Qui occidit, vel mutilat alium, ob necessariam corporis sui, aut vitæ defensionem, cum moderamine inculpatæ tutelæ, non fit irregularis, secus si in modo defensionis culpabiliter excedat, *n. 77.* Proponuntur plures casus in specie, in quibus, qui alium occidit necessariæ defensionis causâ, non fit irregularis, de quibus tamen dubitari poterat, *n. 78.* Assert. 2. Qui occidit, vel mutilat injustum invasorem, ob defensionem proprij honoris, aut famæ, fit irregularis, ut colligi videtur ex *cit. Clem. un. h. t.* Quamvis oppositū sit etiam valde probabile, si quis in tali casu fugere non possit, sine gravi ignominia, & jactura honoris sui, imò hæc sententia vix differt à priore, cum adjuncta exceptione, *n. 79. & 80.* Non tantùm autem non contrahitur irregularitas ex homicidio facto ob necessariam sui ipsius defensionem, sed neque ex homicidio facto, ob licitam necessariam defensionem alterius hominis innocentis, *n. 81.*

§. II. *An is, qui ob defensionem bonorum temporalium, quæ possidet, occidit, vel mutilat aliquem, fiat irregularis?*

Communior sententia DD. tenet, non esse licitum, hominem occidere, ob defensionem propriarum rerum temporalium, nisi necessaria defensio propriæ vitæ accedat, *n. 82.* ut colligi videtur primò, ex *c. Interfecisti. 2. h. t.* ubi dicitur, occidenti latronem, seu furem, quem capere poterat sine occisione, imponendam esse pœnitentiam per XL. dies. Si verò se, suâque aliter liberare non potuit, nisi hominem occideret, tum si sine odio occidit, non imponitur ei pœnitentia, sed si vult, bonum erit, si jejunet, vel eleemosynam faciat. Si autem Presbyter hæc eadem fecerit, non deponatur, debet tamen, quamdiu vivit, pœnitentiam agere, *n. 83.* Secundò in *c. Si perfodiens. 3. h. t.* dicitur, quòd occidenti furem nocturnum non est imputandum homicidium, secus si diurnum occidat, quia de die poterat cognoscere, quòd ad furandum, non ad occidendum venisset. Unde etiam in Legibus Civilibus impunè occiditur fur nocturnus, non autem diurnus, nisi armis se defendat, *n. 84.* Tertiò in *c. Suscepimus. 10. h. t.* habetur, quòd non sit licitum, saltem Clerico, vel Religioso, occidere latronem, seu furem, propter res temporales conservandas, tametsi eæ aliter conservari non possint, sed potiùs oporteat rerum temporalium, quippe vilium & transitoriarum, jacturam sustinere, alioquin tales fiunt irregulares, idque etiam est contra mansuetudinem Ecclesiasticam, *n. 85.* Contraria tamen sententia, quòd licitum sit furem occidere, etiam propter defensionem bonorum temporalium, si ea aliter servari non possint, & gravis sit jactura, est etiam probabilis, & practicè tuta, *num. 86.* & respondetur ad textus suprà allatos, qui contrarij videntur, *n. 87. & tribus seqq.* Respondetur ad rationem desumptam ex lege charitatis, quâ tenemur præferre vitam proximi bonis temporalibus proprijs, *n. 90.* Non solùm autem laici, sed etiam Clerici licitè & impunè vitam, & bona temporalia ad vitam necessaria defendere possunt contra injustos invasores, etiam vi, & armis, dummodo sint res magni momenti, & non exigui valoris, *n. 91.*

§. III. *Quæ requirantur ad licitam defensionem, cum moderamine inculpatæ tutelæ, & quomodo puniatur excessus, sine hoc moderamine?*

ASSERTIO I. Ad licitam defensionem necessarium est, ut fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ, non ad sumendam vindictam, sed ad injuriam propulsandam, *c. Significâsti. 18. h. t.* Et quidem inprimis requiritur, ut qui occidit, sit injustè invasus ab alio, alioquin non esset defensio, sed aggressio. Secundò requiritur, ut defensio non possit fieri cum minore læsione proximi, sive ut invasus non majore vi repellat injuriam, quàm sit opus, unde si sufficiat membro mutilare aggressorem, non licet eum occidere; in qua re etiam spectanda est qualitas personarum, invadentis, & invasi. Tertiò requiritur, ut defensio fiat, sine gravi culpa, ratione cujus transiret in aggressionem, ut si quis fugientem invasorem insequatur, vel jam desistentem à pugna ad illam incitet, vel in rixa cadentem in terram occidat. Denique generatim loquendo, ille dicitur occidere injustum invasorem, cum moderamine inculpatæ tutelæ, qui nec fugâ, nec clamore, nec alio modo se potest defendere, nisi aggressorem occidat, vel mutilet idq; in particulari Judicis arbitrio determinandum: est, *n. 92.* Assert. 2. Qui ob sui defensionem occidit,

cidit, vel mutilat aliquem, & excedit modum inculpatæ tutelæ, irregularitatem incurrit: quamvis talis excessus non puniatur pœnâ ordinariâ homicidij, sed aliâ mitiore, arbitrio Judicis, *n. 93.*

SECTIO IV. *De homicidio publicâ auctoritate facto à Iudice, & ejus Ministris, & irregularitate ex eo contractâ.*

§. I. *Utrùm omnes, qui justè, ac licitè cooperantur ad prolationem sententiæ sanguinis, sive mortis, aut mutilationis, vel ad executionem ejusdem, sint irregulares?*

Non ad omnem irregularitatem ex mutilatione vel homicidio incurrendam necessariò requiritur delictum vel culpa, sed quædam etiam contrahitur ex mutilatione, vel homicidio justo, ob defectum perfectæ lenitatis, & mansuetudinis Christi. Deinde ad hanc irregularitatem incurrendam non requiritur, ut quis propriâ manu occiderit aliquem, etsi justè, sed sufficit, quòd habuerit voluntatem occidendi, sive quòd causam propinquam homicidio dederit, dummodo mors secuta fuerit, vel effectus, *n. 94.* Assert. 1. Judex inprimis, sive Clericus, sive laicus, si ferat sententiam mortis, vel mutilationis, effectu secuto, fit irregularis, *n 95.* Non solùm omnis Judex Papâ inferior, sed etiam Assessores, Consultores, exhortatores, & omnes alij, qui cum Judice ad sententiam ferendam concurrunt, fiunt irregulares, etiam Notarius dictans vel scribens sententiam sanguinis, vel qui illam publicat: item qui torquet reum, & magis executor sententiæ, scilicet Carnifex, aliique ministri justitiæ, hi omnes, morte secutâ, fiunt irregulares. Quòd si Judex non ferat sententiam mortis, vel mutilationis, sed solùm ut reus flagellis cædatur, vel aliter verberetur, citra abscissionem alicujus membri, non fit irregularis, quia effusio sanguinis per se sola non sufficit ad irregularitatem incurrendam; quamvis etiam sine illa incurratur, ut si quis stranguletur, vel suffocetur: nomine autem sententiæ hîc comprehenditur etiam quodvis præceptum Judicis, ut si mandet, ut reo alimenta denegentur. Requiritur etiam, ut sententia sit executioni mandata: unde si reo ad mortem jam condemnato, vita condonetur, Judex non contrahit irregularitatem, *n. 96.* Episcopus, vel alius Prælatus Ecclesiasticus, cui jurisdictio temporalis competit, potest, absque periculo incurrendæ irregularitatis, delegare alteri jurisdictionem criminalem, vel generaliter ad cognoscendas omnes causas sanguinis: vel in particulari ad cognoscendum speciale factum homicidij, modò non determinatè committat illam ad inferendam alicui mortem vel mutilationem. Item potest Princeps vel Dominus temporalis, sive Clericus, sive laicus, condere leges, vel Statuta, in quibus pœna mortis, vel mutilationis imponitur propter crimina, citra metum irregularitatis, *n. 97.* deducuntur hinc quædam corollaria particularia, *n. 98.* Assert. 2. Inquisitores hæreticæ pravitatis, vel alij Judices Ecclesiastici tradentes Clericos de crimine convictos Curiæ seculari, qui postea mortis supplicio, vel pœnâ mutilationis afficiuntur, sive Clerici, sive laici sint, non fiunt irregulares, *n. 99.* Debet tamen in hoc casu ad evitandam irregularitatem Ecclesiasticus Judex pro reo, qui traditur Potestati seculari, efficaciter intercedere, ut citra mortis periculum sententia circa eum moderetur, *n. 100.*

§. II. *An accusator criminis morte digni, vel mutilatione, contrahat irregularitatem, ratione homicidij publicâ auctoritate facti?*

ASSERTIO I. Si Clericus, vel etiam laicus [illegible] quem criminaliter accusat, directè agendo [illegible] cam vindictam, seu pœnam, tunc secuti mortis [illegible] mutilatione Rei accusati, ipse fit irregularis, etiam [illegible] protestetur, se petere, ut puniatur sed citra mortem [illegible] & membri mutilationem, *n. 101.* Assert. 2. Si Clericus, ob injuriam ipsi illatam à laico, coram [illegible] seculari de crimine ipsum accusat, non tamen [illegible] naliter ad pœnam publicam, sed civiliter, pœnam [illegible] damni illati compensationem, etiamsi postea [illegible] illi infligat pœnam mortis, vel mutilationis, non [illegible] deo fit irregularis, dummodo protestetur, se non [illegible] tere vindictam criminis. Quare si Clericus civiliter [illegible] agat contra laicum, ob res sibi ablatas, coram [illegible] Judice, & hic illum puniat durius, v. g. pœna [illegible] mortis, vel mutilationis, non ideo Clericus fit irregularis, *c. Postulasti, 21. h. t.* num. 101. Item possunt Prælati, & Clerici, citra pœnam irregularitatis, [illegible] suis malefactoribus conqueri coram Judice seculari [illegible] etiam de criminibus, quibus jure debita est pœna sanguinis, modò expresè protestentur, se non intendere vindictam sanguinis, *c. 2. h. t. in 6.* [illegible] Idque declaratur, & explicatur *n. 104. & duobus seq.* Similiter ille, qui Judici seculari signa dedit, ut [illegible] bus fur cognoscitur, non fit irregularis, [illegible] postmodum à Judice occidatur, *c. Tua nos. 13. [illegible] ultimum, h. t, n. 107.* Etiam laici, si de crimine [illegible] gno morte accusent aliquem, sine prævia protestatione, incurrunt irregularitatem, *n. 108.* Si [illegible] pud Judicem secularem denuncier, vel accuset [illegible] quem de injuria, vel damno, non sibi, sed alteri [illegible] lato, fit irregularis, si à Judice postea pœna mortis Reo infligatur, quamvis protestetur, se criminis pœnam non intendere, *n. 109.* In quibus casibus non sit necessaria protestatio, nec accusans fiat irregularis, etsi Reus condemnetur ad mortem, vel mutiletur? *n. 110.*

§. III. *Quænam personæ, præter Iudicem, & accusatorem, fiant irregulares, ratione homicidij, vel mutilationis?*

Quæritur I. An testis in causa sanguinis fiat irregularis? Resp. Si quis sive Clericus, sive laicus, in causa criminali, in qua agitur de inferenda pœna mortis, vel mutilationis, testimonium ferat, etiam si protestetur, se non ad condemnandum reum, sed testimonium, fit irregularis, si mors, vel mutilatio inde postea fuerit secuta, *num. 111.* Id verum dit solùm, si quis ferat testimonium in causa, in qua directè agitur criminaliter ad pœnam mortis, vel mutilationis; secùs si agatur de crimine civiliter, intereresse alicujus, tunc enim testis non fit irregularis. Item si Clericus ferat testimonium pro accusatore contra Reum, fit irregularis: non autem si ponat in favorem Rei ad probandam ejus innocentiam, tunc enim testis nullam incurrit pœnam, *n.* Qu. 2. An Advocatus in causa sanguinis fiat irregularis? Resp. Si patrocinium præstat accusatori

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

reum, & hic ad mortem, vel membri mutilationem condemnetur, fit irregularis Advocatus, etiamsi protestatus fuerit. Secundò, si Advocatus stet pro reo, eum defendendo, & reus nihilominus condemnetur ad mortem, vel mutilationem, Advocatus non fit irregularis. Tertiò, si Actor injustè accusavit, ideóque reus absolvatur, accusator verò pœnâ talionis puniatur tanquam calumniator, Advocatus ipsius fit irregularis: Advocatus verò Rei non fit irregularis, si tantùm reum defendit, *n.* 112. Quær. 3. An qui in loco supplicii assistunt executioni supplicii capitalis, fiant irregulares? Resp. Si assistunt tantùm spectandi causâ, sine ulla cooperatione, non fiunt irregulares, etiam Clerici, *n.* 113.

§. IV. *De homicidio contingente in bello, & irregularitate ex eo proveniente.*

Quær. 1. An omnes, qui militant in bello injusto, fiant irregulares? Resp. Qui in bello injusto, pugnantibus cooperantur, vel qualecunque auxilium ferunt, fiunt irregulares, sive Laici sint, sive Clerici, etsi ipsi propriis manibus neminem occidant, vel mutilent, si vel unus homo in illo bello occisus, vel mutilatus fuerit. Excipiuntur illi, qui in bello injusto assistunt solùm ad pacem componendam, vel ad juvandum milites in spiritualibus, *n.* 114. Quær. 2. An qui militant, & pugnant in bello justo, fiant irregulares? Resp. 1. Si Laici, vel etiam Clerici in bello justo defensivo hominem occidant, vel membro mutilent, etiam propriâ manu, ob necessariam defensionem propriæ vitæ, vel personæ, non fiunt irregulares. Similiter in bello necessario ad defensionem Ecclesiæ, vel patriæ occidentes, vel mutilantes non fiunt irregulares, sive laici sint, sive Clerici, saltem in casu inevitabilis necessitatis, quia per solos laicos Ecclesia, vel patria defendi non potest: aliàs verò irregulares fierent Clerici, juxta *c. Petitio. 24. h. t.* Ubi habetur, quòd Clericus pugnando contra hostes fidei Catholicæ, si dubitet, an aliquem interfecerit, debet ut irregularis à ministerio Altaris abstinere, *n.* 115. *& seq.* Resp. 2. Omnes, qui in bello justo, sed offensivo per se, sive proprio facto hominem occidunt, vel mutilant, fiunt irregulares: secus est, si propriis manibus non occidant, vel mutilent, etsi alii id faciant, *n.* 117. Deducuntur quædam corollaria, *num.* 118.

SECTIO V. *De mutilatione, & dispensatione in prædictis duabus irregularitatibus.*

§. I. *Quid sit mutilatio, & qualis irregularitas ex illa contrahatur?*

ASSERTIO I. Mutilatio propriè dicta est alicujus membri abscissio. Ac proinde ad mutilationem non sufficit vulneratio, vel sanguinis effusio, etsi copiosa, nec si pars aliqua carnis abscindatur, quia caro non est membrum propriè, *n.* 119. Nomine autem membri propriè intelligitur, vel pars principalis corporis, quæ proprium, & distinctum Officium habet ab aliis, ut oculus ad videndum, auris ad audiendum: vel ut alii volunt, mutilatio appellatur, saltem in ordine ad incurrendam irregularitatem, si membrum principale v. g. manus, vel pes notabiliter deformetur, vel diminuatur, etsi non totum abscindatur, v. g. si tres majores digiti manûs, vel cartilago auris, vel nasi abscindatur, vel notabile impedimentum afferatur ad actiones videndi, audiendi, ambulandi &c. *n.* 120. Ass. 2. Ex mutilatione membrorum incurritur irregularitas, sicut ex homicidio, sive quis per se, sive per alium, sive mandato, consilio, vel alio modo cooperando, mutilaverit aliquem, & sive illicitè, seu licitè, *n.* 121.

§. II. *An qui membrum debilitat, vel aridum, & inutile mutilat, vel abscindit, vel se ipsum mutilat, fiat irregularis?*

ASSERTIO I. Qui membrum debilitat, id est, cædendo vel vulnerando aridum, & inutile reddit ad operandum, citra abscissionem tamen, non fit irregularis, *n.* 122. Ass. 2. Si quis membrum, non solùm reddat aridum, & inutile ad operationem, sed etiam mortuum, ita ut non ampliùs sit vivum, is fit irregularis, etsi illud non absciderit à reliquo corpore. Similiter si quis membrum debilitatum, & inutile reddat ad operationem suam, quod adhuc tamen vivum manet, illúdque abscindat, is quoque fit irregularis, quia verè mutilat corpus humanum, abscindendo vivum ejus membrum. Si quis verò aliquem notabiliter deformat, ita ut ad Ordines promoveri non possit, non est irregularis, quia nullam partem corporis abscindit, *n.* 123. Ass. 3. Quando quis mutilando alium fit irregularis, fit etiam eodem modo mutilando se ipsum. Potest tamen quis interdum facere alterum irregularem vulnerando, licèt ipse non fiat irregularis, *n.* 124.

§. III. *De dispensatione in irregularitate contracta ex homicidio, & mutilatione.*

Quær. 1. An & quis possit dispensare in homicidio injusto, & directè voluntario? Resp. Solus Papa potest dispensare in homicidio injusto, & directè voluntario, sive publico, sive occulto, quoad Ordines suscipiendos, vel eos exercendos, quamvis nonnisi rarò, & difficulter dispenset. Episcopus verò etiam ante Concilium Trident. non potuit dispensare in homicidio directè voluntario, sive publico, sive privato, quoad SS. Ordines suscipiendos, vel exercendos, sicut neque hodie potest, nisi in occulto homicidio in casu urgentis necessitatis, ad vitandam infamiam, scandalum, vel aliud grave periculum, *num.* 125. Quær. 2. An Episcopus possit dispensare in mutilatione voluntaria, & illicita, sed occulta? Resp. Probabile est posse, *n.* 126. Quær. 3. An Episcopus possit dispensare cum homicida occulto, qui non ex proposito, & directè intendit hominem occidere, sed solùm indirectè, & in causa, ut si quis in rixa subitò orta occidit auctorem rixæ, ne ab illo occideretur? Resp. Posse dispensare, *n.* 127. Quær. 4. An Episcopus possit dispensare in irregularitate proveniente ex homicidio justo? Resp. 1. Episcopus potest dispensare in homicidio occulto facto defensionis causâ, sed cum excessu inculpatæ tutelæ, *n.* 128. Resp. 2. Episcopus non potest dispensare in irregularitate ex defectu perfectæ lenitatis, ut cum Judice, accusatore, teste in causa sanguinis &c. *n.* 129. Quær. 5. Quam potestatem dispensandi habeant ii, quibus privilegium datum est dispensandi in omni irregularitate, exceptâ bigamiâ, & homicidio voluntario? Resp. Posse dispensare in omni irregularitate proveniente ex homicidio indirectè voluntario, & in eo, quod est factum ob defectum perfectæ lenitatis, vel ob defensionem, *n.* 130.

*SERIES CAPITVLORVM.*

IN ANTIQUIS.


*c.* 1. *n.* 8. *&* 9.
*c.* 2. *n.* 83.
*c.* 3. *n.* 84.
*c.* 4. *n.* 4.
*c.* 5. *n.* 15.
*c.* 6. *in princ. n.* 11. *§. Qui verò, n.* 31. *§. Illi autem. n.* 34. *§. Illi etiam. n.* 35. *§. Hi quoque. n.* 36. *§. Eos insuper. n.* 37. *§. Illis præterea. num.* 38. *§. Clericos autem. ult. num.* 39.
*c.* 7. *n.* 55.
*c.* 8. *n.* 56. *& seq.*
*c.* 9. *n.* 51.
*c.* 10. *n.* 85.
*c.* 11. *n.* 12.
*c.* 12. *n.* 58. *& seq.*
*c.* 13. *n.* 47.
*c.* 14. *n.* 48.
*c.* 15. *n.* 49.
*c.* 16. *n.* 50.
*c.* 17. *n.* 75. *& seq.*
*c.* 18. *n.* 16. *& seq.*
*c.* 19. *in princ. n.* 67. *& seq. §. Ad ultimum. n.* 107.
*c.* 20. *n.* 13. *&* 14.
*c.* 21. *n.* 102.
*c.* 22. *n.* 52.
*c.* 23. *n.* 53.
*c.* 24. *n.* 115. *& duobus seqq.*
*c.* 25. *& ult. n.* 54.


IN SEXTO.


*c.* 1. *num.* 24. *& duobus seqq.*
*c.* 2. *num.* 103. *& duobus seqq.*
*c.* 3. *& ult. n.* 21. *& seq.*


IN CLEMENTINIS.


*Clement. unic. num.* 70. *& duobus seqq. & in fine. num.* 77.


## *TITVLVS XIII.*

## DE TORNEAMENTIS.

Prohibentur fieri torneamenta ad ostentationem virium, & audaciæ, unde mortis, & animarum pericula sæpe proveniunt, & si quis in his mortuus fuerit, Ecclesiasticâ sepulturâ carere debet, quamvis ei petenti pœnitentia non sit deneganda, *c.* 1. *h. t. n.* 1. Sunt tamen licita, si cum tali moderamine fiant, ut cesset periculum mortis, etsi rarò, & peraccidens sequatur mors, vel grave vulnus infligatur, *n.* 2. Constitutio autem Clementis V. in qua torneamenta prohibentur, revocata fuit in *Extravag. unic. Ioann. XXII. h. t. n.* 2. Qui ad locum torneamentis destinatum accedit, non animo pugnandi, sed ex alia causa, v. g. exigendi debita, si casu ibi decedat, non privatur sepulturâ Ecclesiasticâ, *c.* 3. *n.* 3. *h. t.*

*SERIES CAPITVLORVM.*

IN ANTIQUIS.


*c.* 1. *n.* 1.
*c.* 2. *n.* 3.


IN EXTRAVAGANT. Ioann. XXII.


*Extrav. unic. n.* 2.


## *TITVLVS XIV.*

## DE CLERICIS PUGNANTIBUS in duello.

*§.* 1. *Quid sit duellum, & quando sit prohibitum, vel licitum, & de pœnis Iure statutis in eos, qui ineunt illicitum duellum.*

ASSERTIO I. Duellum est singularis pugna duorum inter se ex condicto suscepta, & est illicitum ac prohibitum Jure naturali ac Divino, Civili & Canonico. Et in specie illicitum est offerre, vel acceptare duellum ad probationem veritatis, & criminis purgationem. Secundò, ad corporis vires ostentandas. Tertiò, ad dirimendam litem civilem. Quartò, ad tuendum proprium honorem, vel ignominiam vitandam. Quintò, ad animos spectantium oblectandos, *n.* 1. Ass. 2. Plures sunt casus, in quibus licitum est privatum duellum acceptare, qui possunt videri in *n.* 2. Quænam pœnæ sint à Concilio Tridentino statutæ in eos, qui ineunt illicitum duellum, *n.* 3. Quænam pœnæ postea extensæ sunt à Gregorio XIII. contra duella privata, sine patrinis, & solemnitate, & à Clemente VIII. etiam ad fautores, *cit. n.* 3.

*§.* 11. *Quæ pœnæ Iure Canonico statuta sunt contra pugnantes in duello?*

ASSERTIO I. Clericus, qui spontè duellum obtulit, vel oblatum acceptavit, ad remanendus: potest tamen Episcopus cum eo dispensare, si non sit secuta mors, vel mutilatio, *n.* 4. Per suspensionem hîc intelligitur non propriè dicta depositio, sed suspensio ab Officio, & beneficio, non ipso facto, sed per sententiam Judicis, quam petunt incurrere Clericus, sive ipse alium ad illud provocaverit, sive fuerit provocatus, modò actu ad realem pugnam processum, & sponte pugnet, & non ob necessitatem, quam evitare non potuit, *n.* 5. *Ad* 1. Clericus irregularis efficitur, non solùm si ipse per se occidit aliquem in duello, sed etiam si pugil ab eo conductus adversarium occidit; homicidium enim eum committitur, non solùm facto, sed etiam præcepto, consilio, vel defensione; potest tamen Episcopus cum tali dispensare, *c.* 2. *h. t. n.* 6. Conjuratio illa, per quam admittitur purgatio per duellum, in casu eventu illius appareat de innocentia Rei accusati, vel convincatur de crimine, de quo fuit accusatus, est ipsa re prohibita tanquam prava, & reprobata, *n.* 7. Clericus verò Jure novo Concilii Tridentini ipso facto seu facto excommunicatus est, *n. eod.*

*SERIES CAPITVLORVM.*

IN ANTIQUIS.


*c.* 1. *n.* 4. *& seq.* *c.* 2. *n.* 6. *& seq.*


## *TITVLVS XV.*

## DE SAGITTARIIS

Excommunicandi sunt, qui exercuerunt mortiferam artem (quippe quæ cædibus causam dare potest) balistarum, seu Sagittariorum, contra Christianos Catholicos, eáque prohibetur exercetur in bello justo, non autem in justo, *c. unic. h. t.*

*SERIES CAPITVLORVM.*

IN ANTIQUIS.


*c. unic.*


## *TITVLVS XVI.*

## DE ADULTERIIS, ET STUPRO.

SECTIO I. *De crimine adulterii, ejusque pœnis.*

*§.* 1. *Quid sit adulterium, & quibus modis committatur?*

ASSERTIO I. Adulterium est alieni tori violatio, & in se continet duplicem malitiam, nempe luxuriæ, & injustitiæ, quia est coitus cum femina, quæ est uxor alterius, *n.* 1. Ass. 2. Velsi vir cognoscat carnaliter mulierem solutam, & ille tus cognoscat

ulterium simplex, ex parte viri tantùm: vel si vir solutus cognoscat fœminam conjugatam, & est adulterium simplex ex parte fœminæ tantùm, vel si vir conjugatus accedat ad fœminam itidem conjugatam, & est adulterium duplex, ex parte utriûsque, *num.* 2. De Jure Canonico si vir conjugatus concumbat cum alia etiam soluta, adulterium verè committitur, licèt aliud sit de Jure Civili, quia pœnæ adulterii tunc non incurruntur, *cit. n.* 2. Item committitur adulterium, si conjugatus cum sponsa aliena per verba de præsenti ducta carnalem copulam habeat, quæ à viro suo nondum fuit cognita: non autem committitur adulterium cum alterius sponsa de futuro, *n.* 3.

§. II. *De accusatione criminis adulterii.*

Quær. 1. Quinam admittantur ad accusationem adulterii? Resp. Inprimis, & ante omnes alios, maritus etiam ante patrem adulteræ etiamsi pater prævenerit modò maritus non fuerit negligens in accusanda adultera, *n.* 4. Post maritũ cessantem aut nolentem agere, admittitur ad accusandum adulteriũ pater mulieris; post hunc verò reliqui cognati: & cessantibus propinquis, etiã extranei admittuntur ad accusandum: quin imò quilibet de populo, ad accusationem adulterii admittitur, modò mas sit, & major 25. annis, *n.* 5. Etsi maritus accusare possit uxorem, non tamen uxor maritum de adulterio criminaliter ad legalem pœnam infligendam, de jure Civili, sive maritus accedat ad solutam, sive conjugatam, *n.* 6. Sed de Jure Canonico etiam uxor criminaliter accusare potest virum suum de adulterio, *n.* 7. Quær. 2. Intra quod tempus accusatio adulterii sit instituenda? Resp. Maritus jure speciali mariti accusare potest uxorem adulterii intra 60 dies utiles à tempore soluti matrimonii per divortium: post 60 dies verò, admittuntur etiam extranei, *n.* 8. Quær. 3. Quinam accusari possint de adulterio? Resp. Accusari possunt tam adulter, quàm adultera, modò per dolum, sive scienter adulterium commissum sit, *n.* 9. Etiamsi mulier conjugata sit publica meretrix, *cit. n.* 9. Quær. 4. Coram quo Judice instituenda sit accusatio adulterii? Resp. Si agatur criminaliter ad pœnam sanguinis, aut mortis, solus Judex secularis potest cognoscere: quoad alias verò pœnas est crimen mixti fori, ita ut Judex Ecclesiasticus, & secularis possit eas infligere, & sit inter eos prævention locus. Si verò de adulterio agatur civiliter ad divortium tori, solus Judex Ecclesiasticus potest de illo cognoscere, *n.* 10. Quòd si vir contra uxorem adulteram instituat actionem criminalem ad publicam ejus punitionem, vel uxor contra virum, secundùm Jus Canonicum, non potest postea, etiam eo judicio finito, agere de adulterio civiliter ad divortium, & amissionem dotis: aut vice versâ, finito judicio civili, vir uxorem, vel hæc virum adulterum criminaliter accusare, *n.* 11.

§. III. *Quomodo probandum sit adulterium?*

Adulterium non potest directè probari per testes, vel instrumenta, sed solis præsumptionibus, & indiciis ac conjecturis. Unde in *c.* 4. *h. t.* dicitur, maritis etiam ex suspicione uxores accusare permissum est, & additur, & ipsi plus cæteris de adulterio accusare possunt, & defendere, *n.* 12. Porro non sufficit ad plenam probationem adulterii quæcunque suspicio probabilis, sed requiritur violenta, quæ sufficit ad condemnandum: quales præsumptiones violentæ plures enumerantur hîc, *n.* 13. & 14.

§. IV. *An maritus teneatur uxorem adulteram non resipiscentem dimittere, nec eam sibi reconciliare, nisi post peractam pœnitentiam, & emendationem?*

Responsio est affirmativa; nam si vir sciat, uxorem suam deliquisse, nec egisse pœnitentiam, sed permanere in adulterio, & cum ea vixerit, reus erit & particeps peccati illius. Si verò mulier dimissa egerit pœnitentiam, & voluerit ad virum reverti, debet (id est, potest) sed non sæpe, recipere peccatricem, *c. Si vir. 3. h. t. n.* 15. Unde oriatur hæc obligatio dimittendi uxorem adulteram persistentem in publico adulterio, *n.* 16. Hâc obligatione dimittendi virum adulterum incorrigibilem non vicissim tenetur uxor, *n. eod.* Si vir ignoret uxorem suam adulterium commisisse, non fit particeps adulterii, etiamsi eam retineat. Si verò uxor sæpius delinquat, adulterando cum alio, semper potest maritus ei dimittere injuriam, si vult, & post pœnitentiam eam recipere, non tamen ad id cogitur, *n.* 17.

§. V. *Quæ sint pœnæ adulterii, tam criminales, quàm Civiles?*

Quæ sint pœnæ criminales adulterii secundùm Jus Civile, *n.* 18. Et quæ secundùm Jus Canonicum, *n.* 19. Si verò Clericus se adulterium commisisse in Judicio confessus sit, vel de eo convictus, deponi debet ab Officio, & Clericatûs Ordine, & communione fidelium ei concessâ, in Monasterio ad agendam ibi pœnitentiam toto vitæ suæ tempore collocari, *cit. n.* 19. Si verò tantùm de adulterio fuerit suspectus, & infamatus, tunc purgatio solùm ei est indicenda, quam si præstiterit, absolvitur: deficiens verò suspendi debet ab Officio, ut constat ex *c. Significâsti. 5. h. t.* Ubi habetur, quòd si mulier publicè fateatur, se intra Ecclesiam cum Sacerdote peccâsse, est ei imponenda condigna pœnitentia. Sin autem Sacerdos neget crimen, debet ei ab Episcopo Canonica purgatio coram quinque Presbyteris indici, & si se purgare potest, permittatur ministrare in Officio suo; si non potest, ab eo suspendatur, *n.* 20. Explicatur, *n.* 21. Jure Civili ac Cæsareo licet quidem patri adulterum cum filia sua in adulterio deprehensam impunè occidere, non tamen marito licet uxorem cum adultero deprehensam occidere. Sed de Jure Canonico, & in foro conscientiæ nequaquam licitum est, sive patri, sive marito adulteros quoscunque in delicto cum filia, vel uxore deprehensos privatâ auctoritate, occidere, *n.* 22. Quæ sint pœnæ civiles adulterii? *n.* 23.

§. VI. *An, & quando adulterium unius conjugis compensetur cum adulterio alterius?*

Quær. 1. An mutua conjugum adulteria compensentur invicem, quoad pœnas civiles? Resp. Compensari, non solùm quoad divortium, sed etiam quoad amissionem dotis, & bonorum uxoris adulteræ, & donationis propter nuptias, ita ut neque vir adulter lucretur dotem, aut alia bona adulteræ, nec uxor adultera donationem propter nuptias sibi factam à viro, sed mutua fiat delictorum compensatio, *n.* 24. Et hinc si uxor separata à viro petat sibi restitui virum, vir est cogendus recipere mulierem, sed si constet per evidentiam rei, vel legitimam confes-

sionem mulieris, sponte eam fuisse adulteratam, non est cogendus vir illam recipere, nisi per legitimos testes, qui non possunt à viro reprobari, constet, etiam virum adulterium commisisse, tunc enim vir cogetur recipere uxorem, & maritali affectione tractare, quia cùm jus matrimonii ab utroque conjuge sit læsum, paria delicta mutuâ compensatione tolluntur, *c. Intelleximus. 6. h. t. n. 25.* Declarantur, quæ dicta sunt, *n. 26.* Similiter qui conjugi in adulterio deprehensæ debitum conjugale negat, si deinde ipse manifestè adulteretur cum alia, debet uxorem affectu maritali tractare, quia paria crimina mutuâ compensatione delentur, *c. Tuæ. 7. & ult. h. t. n. 27.* Sed dubium est, an si post latam divortii sententiam conjux innocens adulterium committat, possit conjux dimissus, non obstante sententiâ divortii, petere, ut admittatur ad consortium conjugis dimissi, adeóque etiam repetere dotem, vel donationem propter nuptias per adulterium priùs amissam? Affirmativa sententia probatur, *n. 28.* Sed negativa sententia, nempe nullam actionem acquiri conjugi adultero ad repetendum innocentem, qui post sententiam divortii adulteratus est, vel dotem aut donationem propter nuptias, ac proinde illa delicta mutua non compensari, est etiam valdè probabilis, quæ probatur, *n. 29.* Illud in hac re certum est, quòd si post sententiam divortii propter adulterium conjugis, alter quoque conjux adulterium committat, Judex Ecclesiasticus ex Officio suo restaurare matrimonium debet, & eos inter se conciliare, ut iterum cohabitent, quia compensantur inter se adulteria, ut fornicationis periculo consulatur, *cit. num. 29.* Est autem compensationi unius adulterii cum altero locus, primò, etiamsi non eodem tempore, sed unus conjugum priùs, alter posteriùs in adulterium lapsus sit. Secundò, etiamsi unus unicum tantùm adulterium commiserit, alter verò plura, *n. 30.* Tertiò, etiam datur compensatio adulterii inter conjuges cum sodomia, vel bestialitate commissa ab altero conjuge, *n. 31.* Quando non admittatur compensatio adulterii cum adulterio inter conjuges, *n. 32.* Quær. 2. An adulteria conjugum compensentur quoad pœnam criminalem, seu legalem, & publicam? Resp. Non compensari, neque in foro conscientiæ, *n. 33.*

### §. VII. *De aliis causis excusantibus ab adulterio.*

Præter mutuam compensationem delictorum, sunt & aliæ causæ, ob quas cessant pœnæ adulterii privatæ, seu civiles, vel etiam publicæ, & criminales, quæ enumerantur, *n. 34.* Denique non excusatur à pœna adulterii conjux, qui propter necessitatem extremam famis, vel paupertatem adulterium commisit, *n. 35.*

## Sectio II. *De Stupro, ejúsque pœnis.*

### §. I. *Quid sit stuprum strictè, & specificè sumptum, & quotuplex, sive quot modis committatur?*

Assertio I. Stuprum propriè ac strictè dictum est illicita virginum defloratio, non præcedente pactione conjugali, sive illicitus concubitus, quo virginalis integritas corrumpitur, *n. 36.* Ass. 2. Stuprum propriè acceptum, aliud est violentum, quo per vim virgini adimitur virginitas corporis: aliud est non violentum, quod volenti, & consentienti infertur, idque vel plenè liberè, vel quia per dolum inducta, aut metum compulsa consensit: Stuprum latum virgini per violentiam, vel etiam per fraudem, aut metum injustè incussum continet malitiam specie distinctam à simplici fornicatione, nempe violentiam illatam per vim, fraudem vel metum: stuprum illatum, sine violentia, fraude, vel metu, adeóque plenè voluntarium ac spontaneum, *num. 37.*

### §. II. *Quæ sint pœnæ stupri decretæ tum Juris Civilis, tum Canonici?*

Quæ sit pœna Juris Civilis decreta in eum qui sine vi stupravit virginem, vel etiam viduam honestè viventem? *num. 38.* De Jure Canonico stuprator tenetur virginem stupratam dotare, vel in uxorem ducere, & si pater virginis nolit eam dare, dotare pecuniam, juxta modum dotis, quam virgines patere consueverunt, *c. 1. h. t. n. 39.* Præterea qui virginem decipiens stupravit, debet eam in uxorem ducere: si autem nolit, dotabit illam, & coguntur castigatus, & excommunicatus, id est, privetur Sacramentorum communione, seu percipiendo in Monasterium detrudatur, in quo agat pœnitentiam, nec inde egrediatur, sine licentia sui Superioris, *c. 2. h. t. n. 40.* declaratur *n. 41. & 42.* Si stuprator virginis sit Clericus, ab Officio est deponendus: sed hodie est pœna arbitraria: si verò vi corrumpat virginem, ultra depositionem, in arctum Monasterium, vel carcerem est detrudendus, *n. 43.*

### §. III. *Ad quid præterea stuprator virginis in variis casibus obligetur, ob stuprum illatum, vel non?*

Assertio I. Qui virginem per vim, fraudem, vel metum injustè incussum violavit, tenetur illam, vel ducere in uxorem, si & ipsa velit, vel omnia damna inde illi illata refarcire, *n. 44.* Ass. Si is, qui per vim, vel aliàs injustè puellam violavit, offerat se ad satisfaciendum pro injuria illata, negando dotem: fœmina verò illam satisfactionem acceptare nolit, sed petat, ut illam ducat in uxorem, justus stuprator non tenetur determinatè ad illam ducendam, saltem antè condemnationem Judicis, *n. Ass. 3.* Si puella vi, vel per fraudem violata fuit, non tenetur nubere corruptori, etiamsi ipse matrimonium offerat in satisfactionem, sed potest petere monumentum dotis, ut possit alteri æquè bene nubere, *n. 46. Ass. 4.* Si virgo vi, vel fraude violata fuit, postea æquè commodum matrimonium invenit, corrupta non fuisset, nec ob eam causam aliud matrimentum passa est, quia stuprum occultum manet etiam viro, cui nupsit, non tenetur defloratori ullis ad ullam satisfactionem ei faciendam, *num. Ass. 5.* Si quis per vim, vel fraudem cognovit jam corruptam, quæ tamen vulgò habebatur virgo, tenetur illi satisfacere, arbitrio viri prudentis, si infamia sit secuta. Item etsi virgo liberè consentit stuprum, sine vi, fraude, vel metu: si tamen stuprator flagitium detexit, eamque infamavit, tenetur reparandum ejus honorem, *n. 48. Ass. 6.* Si virgo liberè, sine vi, fraude, vel metu injustè incusso, consensit in stuprum, se sponte ad id offerendo, non tenetur defloratori illam ducere, nec dotare, vel aliquid aliud præstare, *n. 49. Ass. 7.* Sed neque stuprator tenetur ducere puellam stupratam, vel dotare, nec alias pœnas incurrit, etiamsi illam suasionibus, [illegible]

ditiis, vel precibus etiam importunis, vel muneribus induxerit ad consensum in stuprum, sine alia tamen vi, fraude, vel minis. Aliud est, si precibus Principis, Domini, vel Superioris puella inducta fuisset ad consensum, *num.* 50. Contraria tamen sententia est etiam probabilis, & miseris puellis favorabilis, *n. eod.* Ass. 8. Etsi virgo sub patria potestate sit constituta, & liberè consentiat in stuprum, non tamen stuprator tenetur ideo restituere aliquid parentibus illius; quamvis parens eâ de causâ augeat dotem, ut possit filiam in æquè bono matrimonio collocare, *n.* 51. Ass. 9. Potest fœmina, quæ per vim, metum, vel fraudem in stuprum consensit, etsi in patris potestate adhuc sit constituta, remittere obligationem satisfaciendi stupratori, ita ut ad nihil etiam patri solvendum teneatur, saltem in conscientia, & ante condemnationem Judicis, *n.* 52. Ass. 10. Si constet virginem voluntariè esse defloratam à Clerico, is in utroque foro, conscientiæ, & externo, liber est à præstatione dotis, *num.* 53.

§ IV. *Ad quid obligetur, qui stupravit virginem, sub spe ac promissione matrimonii?*

Assertio I. Qui defloravit virginem, verè & sincerè ei promittendo matrimonium, si consenserit in copulam; tenetur stare promissis, & ducere defloratam, sive fuerit virgo, sive honesta vidua, *n.* 54. Etsi verò is, qui virginem, vel viduam corrupit, sub promissione matrimonii, fuerit priùs simplici voto Religionis, vel castitatis obstrictus, adhuc tenetur eam ducere, & multò magis, si votum Religionis, vel castitatis sit emissum post promissum matrimonium, sub conditione secutæ copulæ, *n. eod.* Excipitur, si fœmina scivit, defloratorem esse voto castitatis, vel Religionis obstrictum, *n.* 55. Ass. 2. Qui virginem defloravit, promittendo ei matrimonium, si in stuprum consenserit, sed fictè, debet illam ducere in uxorem, si ipsa velit, nec sufficit, si pecuniâ vellet satisfacere pro damno per stuprum illato, *num.* 56. Quibus casibus etiam is, qui fictè promisit virgini matrimonium, si in stuprum consenserit, non tenetur eam ducere in uxorem? *n.* 57. & 2. *seqq.*

§. V. *An stuprum sit crimen mixti fori, & quomodo sit probandum?*

Assertio I. Si stuprum commissum sit à Clerico, de eo cognoscit Judex Ecclesiasticus: si verò à laico, Judex secularis, *n.* 60. Ass. 2. Virgo stuprata in foro externo præsumitur fuisse virgo, quæ tum communiter habita fuit pro virgine, ideóque si stuprator alleget contrarium, dicendo illam non fuisse virginem, cùm carnaliter eam cognovit, id probare debet. Item in foro externo virgo defloratà semper præsumitur seducta, sive occasionibus, aut importunis precibus inducta ad stuprum, nisi contrarium à stupratore probetur, *n.* 61. Et hinc si mulier stuprata asserat, se fuisse virginem tempore stupri, idque juramento confirmet, creditur ei affirmanti, & non stupratori, id neganti, nisi probet, *n.* 62. Aliud est, si mulier asserat, se esse corruptam, vel imprægnantam à Titio, is verò id neget, tunc enim non est standum ejus assertioni etiam juratæ, si alias probationes non afferat, *n.* 63. Potest autem stuprum, sicut & simplex fornicatio, iisdem fermè modis probari, quibus adulterium, *cit. num.* 63. *in fine.*

Sectio III. *De aliis delictis carnis, eorumque pœnis.*

§. I. *De crimine incestûs, & sacrilegii.*

Quær. 1. Quid sit incestus, & quot modis committatur? Resp. Incestus est concubitus cum persona consanguinea, vel affine in gradu prohibito, & committitur inter personas, quæ Jure Divino, vel humano prohibentur inter se matrimonium contrahere: Jure Divino inter ascendentes, & descendentes per lineam rectam, patrem & filiam &c. Jure humano inter cognatos, & affines in linea collaterali, usque ad quartum gradum inclusivè, excepto primo gradu, inter fratrem, & sororem, *n.* 64. Quær. 2. Quæ sit pœna incestûs de Jure Civili, ac de Jure Canonico? Resp. primò, pœnæ Juris Civilis enumerantur, *n.* 65. Sunt tamen plures casus, in quibus illæ pœnæ non incurruntur, *n. eod.* De Jure Canonico, si Clericus incestum committat, perpetuò est deponendus ab Ordine ac Officio, & beneficio: si verò Laicus scienter crimen incestûs commisit, excommunicari potest: & si incestus sub specie, & colore matrimonii sit commissus, ut si qui scienter contrahant matrimonium in gradibus consanguinitatis, vel affinitatis Jure Canonico prohibitis, excommunicationem ipso jure incurrunt, *n.* 66. Ad incestum revocatur stuprum sive fornicatio commissa inter eos, qui solâ cognatione legali, seu civili per arrogationem, seu adoptionem sunt conjuncti, qui tamen propriè non est incestus, & punitur pœnâ solùm arbitrariâ, *num.* 67. Ad incestum revocatur etiam stuprum, vel fornicatio commissa inter conjunctos cognatione spirituali, ratione Sacramenti Baptismi, & Confirmationis, qui tamen non est propriè dictus incestus, & punitur solùm pœnâ arbitrariâ; Sacerdos verò, qui carnaliter cognovit filiam spiritualem è baptismo susceptam, vel quam tenuit in Confirmatione, vel illius matrem, est suspendendus ab Officio, *cit. n.* 67. Quær. 3. Quid sit, & quomodo committatur crimen sacrilegii? Resp. Sacrilegium est sacrilegus concubitus, sive illicita fornicatio cum persona Deo dicata per votum Religionis, vel Ordinis: etsi fornicatio Clerici regularis, vel etiam secularis in Sacris constituti cum soluta sit sacrilegium, in foro tamen externo non censetur, nec punitur ut sacrilegium, sed ut simplex fornicatio tantùm. Si verò committatur sacrilegium cum Moniali, si Laicus est, excommunicatur: si Clericus, non solùm beneficiis privatur, sed etiam deponitur ab Ordine, & in Monasterium perpetuò detruditur: Monialis verò in strictius Monasterium Virginum detruditur, *n.* 68.

§. II. *De Crimine sodomiæ, & pœnis illius.*

Sodomia est nefandum crimen contra naturam, per quod masculus cum masculo coit, vel etiam fœmina cum fœmina: est autem crimen mixti fori, de quo etiam Judex Ecclesiasticus cognoscere potest. Potest hoc crimen committi etiam à masculo cum fœmina cognoscente illam in vase præpostero: probabilius tamen est, non esse puniendum pœnâ ordinariâ, quia non est sodomia strictè sumpta, *num.* 69. Quæ sint pœnæ propriè dictæ sodomiæ de Jure Civili, *num.* 70. Et quæ Jure Canonico? *n.* 71. Hodie omnes Clerici seculares, & regulares sodomitæ degradandi sunt, & Potestati seculari tradendi, *n.* 72. Et quæ requirantur ad hanc pœnam degradationis incur-

incurrendam? *n. eod.* Huc quoque spectat crimen bestialitatis, quando quis carnaliter commiscetur cum bruto animali, quod etiam morte punitur, *n.* 73.

§. III. *De simplici fornicatione, & concubinatu, & utriusque pœnis.*

Quær. I. Quid, & quotuplex sit fornicatio, & quo jure sit prohibita, & quæ sit ejus pœna? Resp. primò, fornicatio, vel accipitur latè, & generaliter pro quovis illicito concubitu, extra matrimonium: vel specialiter, & strictè pro concubitu soluti cum soluta, eáque dicitur simplex fornicatio: soluti autem hîc dicuntur, qui liberi sunt ab omni vinculo, scilicet conjugij, consanguinitatis, vel affinitatis, Sacri Ordinis, Religionis, aut voti, adeóque inter quos matrimonium licitè contrahi potest. Est autem fornicatio etiam simplex graviter prohibita, non solùm Jure Canonico: sed etiam Jure Divino positivo, & naturali: quamvis Jure Civili non sit prohibita, nec ulla pœna ei imposita, *n.* 74. Resp. secundò, pœna simplicis fornicationis à laico commissæ de Jure Canonico est arbitraria: Clericus verò in Sacris constitutus, vel puniendus est, arbitrio Judicis, vel potiùs pœnâ suspensionis ab officio, vel etiam perpetuâ depositione ab officio, & beneficio, si sit Clericus valde scandalosus, vel incorrigibilis, *n.* 75. Qu. 2. quid sit concubinatus, & qui sint concubinarij? Resp. de Jure Canonico concubinarius propriè dicitur, qui solutam, & corruptam mulierem, nullóque sibi spiritualis, vel carnalis cognationis vinculo conjunctam domi retinet, vel etiam extra illam, in aliena domo, cum qua consuevit carnaliter comiscери: éstque Iure Divino, & Canonico prohibitus, & abrogatus, *n.* 76. Qu. 3. quæ pœnæ Iure Canonico sint statutæ in concubinarios, sive Clericos, sive laicos, secundùm antiquos Canones, *n.* 77. De pœnis verò Clericorum concubinariorum secundùm posterius Ius Decretalium, & Concil. Trident. alibi actum est. Quid statutum sit à Concilio Trident. circa concubinarios laicos? *num.* 78. Si Christianus carnaliter cognoscat fœminam solutam Iudæam, vel vice versâ Iudæus Christianam, non est peccatum specie distinctum à simplici fornicatione: est tamen gravius delictum propter injuriam, quæ infertur Christianæ Religioni, ideóque etiam graviùs punitur, non tamen pœnâ mortis, *n.* 79.

*SERIES CAPITULORUM.*

In Antiquis.


| | |
|---|---|
| c. 1. *n.* 39. *& duobus seqq.* | c. 4. *n.* 12. |
| c. 2. *n.* 40. *& seqq.* | c. 5. *n.* 20. *& seq.* |
| c. 3. *n.* 15. *& duobus seqq.* | c. 6. *n.* 25. *& seq.* |
| | c. 7. *& ult. n.* 27. |


## *TITULUS XVII.*

## DE RAPTORIBUS, ET INCENDIARIIS, & violatoribus Ecclesiarum.

Sectio I. *De raptu, & raptoribus, tum personarum, seu corporum, tum aliarum rerum, seu bonorum.*

§. I. *De raptu, & raptoribus Virginum, & aliarum mulierum, earúmque pœnis.*

Quær. I. Quid sit raptus mulierum, & quomodo à stupro distinguatur? Resp. raptus propriè committitur, quando virgo, vel etiam alia mulier ingenua, seu libera, & honesta, libidinis causâ per abducitur, sive illatam mulieri abductæ [illegible] rentibus, vel alijs, in quorum potestate, vel [illegible] constituta: vel etiam si quis rapiat fœminam, [illegible] contrahendi cum illa matrimonium, &c. Ita [illegible] raptus à stupro propriè, & strictè dicto differat? *eod.* Qu. 2. Quæ pœnæ Jure Civili [illegible] raptores virginum, & aliarum mulierum? Ubi [illegible] referuntur, *n.* 2. Qu. 3. Quæ pœna Jure Canonico decretæ sint in raptores mulierum, [illegible] rantur? *n.* 3.

§. II. *Quæ conditiones requirantur, ut raptor incurrant pœna Iure Communi Civili, vel Canonico in eos statuta?*

Quatuor requiruntur conditiones. Prima est, ut raptus fiat, cum violentia illata, vel ipsi fœminæ raptæ, vel ejus parentibus, aut Tutoribus, in quorum est potestate, aut cura. Hinc infertur primò, non committi raptum, si puella sui juris, & filia nullius potestate constituta, sine vi, & violentia abducatur. Secundò verè committi raptum, si fœmina tantùm dissentiat, nolitque educi domo parentum, etsi parentes ejus consentiant. Tertiò, si puella ab initio consensit in sui raptum, [illegible] abductionem, [illegible] postea invita carnaliter sit cognita, non committitur raptus, sed est stuprum violentum. Si verò fœmina ab initio invita abducta est, sed postea libere consensit in copulam, censendus est raptus, quia tunc spectandum est, in quo violentia adfuit, *n.* 4. Quartò, si fœmina sui juris solis precibus impulsa, aut metu reverentiali, sine omni dolo, ac fraude abducta sit, non censetur raptus, qui pœnâ ordinatâ punirі possit: secùs est, si fraudibus circumventa abducatur. Quintò, si puella sub parentum potestate constituta ex eorum domo, ipsis invitis, abducatur, etsi ipsa consentiat, verè committitur raptus, quia gravis injuria infertur parentibus, quamvis hæc [illegible] non sit infligenda pœna ordinaria raptûs, sed [illegible] mitior. Sed etsi puella consentiens abducta [illegible] rentibus ejus ignorantibus, committitur raptus, quia sine consensu eorum est abducta. Idemque, si sine consensu, & voluntate Tutorum sit abducta, *n.* 5. Quod autem dictum est, esse raptum, si puella volens abducatur è domo parentum, ipsis invitis, etiam ignorantibus, quamvis mitiùs puniatur, [illegible] mitari debet, nisi tractatus de matrimonio intercesserit, *n.* 6. Nam si vir volens contrahere matrimoniū cum puella, ipsam rapiat, eâ consentiente, sed invitis parentibus, & postea matrimonium cum illa contrahat, illud tenet, & si fuerit consummatum, non potest illa professionem emittere in Religione sine consensu viri: potest autem constare matrimonium contractum fuisse, per probationes [illegible] confessionem mulieris, *c. pen. h. t. cit. n.* 6. Ut raptor mulieris, invitis parentibus factus, non sit obnoxius pœnis, duo requiruntur, nempe ut puella in abductionem sui consenserit, & ut sponsalia saltem de futuro præcesserint, quamvis non requiratur, ut matrimonium sit actu secutum, *n.* 7. Cur de Jure Canonico non censeatur committi raptus, nec puniatur, si puella volens abducta sit, etsi reclamantibus parentibus? *cit. n.* 7. Uxor Religionem professa [illegible] viri licentia, ei ipsam repetenti restituenda est, [illegible] judicio fateatur, ante ingressum in Religionem [illegible] tandem

tractum fuisse matrimonium, *cit. c. pen. h. t. n.* 8. Si quis puellam, cum qua contraxit matrimonium per verba de præsenti, per vim rapiat ad consummandum cum ea matrimonium, ante duos menses jure sibi concessos ad deliberandum de ingressu Religionis, verè raptor est, & ut talis punitur, *cit. num.* 8. Secunda conditio requisita ad incurrendas pœnas raptûs est, ut fiat causâ libidinis exercendæ, alioquin si ex quacunque alia causa fiat, non est raptus, qui propriè est species luxuriæ. Imò etiam solus conatus ad rapiendum puniri debet, etsi effectus secutus non sit, quia rapiens non potuit perficere, non autem pœnâ ordinariâ, sed arbitriâ, *n.* 9. Tertia conditio est, ut mulier traducatur de loco ad locum, & ideo si quis per vim extorqueat copulam à virgine, vidua, vel conjugata, non traducendo illam ab uno loco ad alium, non potest puniri pœnâ raptûs, sed stupri violenti, vel adulterij, quia non est raptus, sed stuprum. Debet autem fœmina deduci de una domo in aliam, seu loco in alium, animo illam abducendi à loco, in quo habitabat, *n.* 10. Hæc autem violenta abductio de loco ad locum, non requiritur in foro conscientiæ, sed sufficit, si ei vis inferatur ad extorquendam copulam, *n. eod.* Quarta conditio est, ut mulier rapta sit honestæ vitæ: nam qui rapit publicam meretricem, non incurrit pœnas raptûs ordinarias, & in foro conscientiæ, etiamsi publica meretrix violenter abducatur. Quando si fœmina etiam meretrix violenter abducatur, censeatur esse raptus, & non simplex fornicatio, *n.* 11. An vice versâ etiam fœmina rapiens virum, vel aliam fœminam, libidinis causâ, incurrat pœnas raptûs? Resp. probabilius est, non incurrere, quamvis coram DEO, & in foro conscientiæ uterque raptus contineat malitiam specie distinctam à simplici fornicatione, *n.* 12. Et habent pœnæ raptûs locum, non solùm in viris rapientibus fœminas, sed etiam mares & pueros, libidinis causâ. Item in eo, qui virginem impuberem, & necdum viripotentem per vim rapuit, & corrupit, *n.* 13.

### §. III. *De matrimonio contracto inter raptorem, & raptam.*

Quær. I. An matrimonium inter raptorem, & raptam contractum sit ipso jure irritum, vel saltem prohibitum, & illicitum? Resp. de Jure Civili est etiam invalidum. At de Jure antiquo Decretalium rapta cum raptore potest licitè, & validè inire matrimonium, etiamsi priùs dissenserit, si postea liberè consenserit, dummodo sint personæ legitimæ, sive aliàs habiles ad matrimonium inter se contrahendum, *c. ult. h. t. n.* 14. etiamsi rapta non sit adhuc constituta, extra potestatem raptoris, *n.* 15. etsi raptus alienæ sponsæ Jure antiquo Canonico non sit impedimentum dirimens matrimonium: impedit tamen etiam hodie contrahendum, ita ut raptor nec cum rapta, nec cum alia quacunque inire possit matrimonium, sicut nec sponsa rapta. Id verò intelligendum est solùm, si quis alienam sponsam de præsenti rapiat, sive illa sit virgo, sive corrupta: & sive matrimonium fuerit consummatum, sive ratum tantùm: non autem si rapiatur sponsa de futuro, *n.* 16. Qu. 2. An rapta nubens raptori amittat bona raptoris, quæ aliàs ipsi raptæ, secundùm LL. Civiles acquiruntur? Resp. probabilius est, mulierem bona raptoris, ob matrimonium cum eo initum, secundùm Jus Canonicum, non amittere, sed lucrari, *n.* 17.

### §. IV. *Quid Jure novo Concilij Tridentini statutum sit circa matrimonium inter raptorem & raptam, & quæ pœnæ ob illum raptum sint decretæ?*

De hoc extat Decretum Concilij Tridentini, quod refertur, *n.* 18. Matrimonium contractum inter raptorem, & raptam, quamdiu hæc sub potestate raptoris manet, nec ab illo separata est, & in libero, ac tuto loco constituta, est omnino irritum, *n.* 19. Excommunicatio, quam incurrunt raptores, & consilium, auxilium, vel favorem eis præbentes, est latæ sententiæ, non tamen ejus absolutio est reservata Papæ: reliquæ verò pœnæ à Concilio inflictæ raptoribus non incurruntur, nisi post sententiam Judicis, nempe perpetua infamia, & inhabilitas ad omnes dignitates, item pœna depositionis à statu Clericali, & pœna dotationis raptæ, *n.* 20. Raptor incurrit etiam irregularitatem, ante sententiam Judicis, *n.* 21. Is, qui rapuit per vim fœminam, non animo contrahendi cum illa matrimonium, sed solius libidinis causâ, vel ex alia, non incidit in pœnas raptûs à Concilio statutas, *n.* 22. Hinc colligitur primò, nomine raptoris hîc non tantùm is, qui per seipsum rapit, sed etiam cujus nomine, vel mandato, vel ad cujus petitionem raptus fit, comprehenditur, ita ut matrimonium à tali initum sit invalidum: non autem in pœnas ordinarias raptûs incidit, qui fœminam rapit, ut alius cum ea matrimonium ineat, *n.* 23. Secundò, sub nomine raptûs comprehenditur hîc raptus cujuscunque fœminæ, sive virgo sit, sive corrupta, sive etiam meretrix, & inhonesta, modò rapiat causâ ineundi cum illa matrimonium. Tertiò, incurruntur pœnæ raptûs, sive secuta sit copula cum rapta, sive non. Quartò, si mulier violenter sit rapta, etsi non sit perducta ad locum destinatum, *n.* 24. In quibus casibus non habeant locum dictæ pœnæ Concilij Trident. *num.* 25. *& tribus seqq.* Sicut autem matrimonium, ita & sponsalia inter raptorem, & raptam, quamdiu hæc in potestate raptoris manet, validè contrahi non possunt. Denique accusatio criminis raptûs non finitur quinquennio, sicut adulterium, vel alia delicta enormia, *n.* 29.

### §. V. *De rapina, & raptoribus rerum, seu bonorum, eorumque pœnis Jure Civili statutis.*

Quær. I. Quid sit rapina, & quis dicatur raptor? Resp. rapina propriè sumpta, prout est crimen vicinum furto, est injusta rei alienæ mobilis, vel se moventis per vim ablatio, & quomodo raptor à prædone, sive publico latrone differat, *n.* 30. Item quomodo rapina differat à furto, *n.* 31. Quær. 2. Quæ pœnæ statutæ sint Jure Civili in raptores rerum, seu bonorum, eæ enumerantur, *n.* 32.

### §. VI. *Quomodo puniantur raptores bonorum, secundùm Jus Canonicum?*

Inprimis rapientes, vel deprædantes in aliena Diœcesi sunt excommunicandi ab Episcopis, seu Prælatis illius loci, nec exire possunt è Parochia, ubi rapinas exercuerunt, donec plenè satisfaciant, & significandum est proprio Episcopo, eos excommunicatos esse, ne illos recipiat, donec restituant rapta in loco, ubi rapuerunt, *c. 1. h. t. n.* 33. Ratione delicti commissi in alieno territorio, subjicitur quis Judici loci, in quo deliquit, etiam quoad pœnas spirituales,

quibus ligatur anima, ita ut ab ipso excommunicari possit: idque procedit in foro externo, non autem in foro interno pœnitentiæ, in quo reus absolvi debet à proprio Parocho, *n.* 34. Præterea pœnitentia non est concedenda ei, qui violenter rapuit, vel deprehenditur manifestè Ecclesiam violâsse, nisi priùs ablata restituat, si potest: & si non potest, nisi plenam securitatem emendandi, seu satisfaciendi præstiterit: tunc enim potest admitti ad pœnitentiam, & si moriatur, concedi ei sepultura, aliàs secus. Quòd si Presbyteri, vel Clerici præsumpserint prædictis concedere pœnitentiam, sive in vita, sive in morte, vel interesse eorum sepulturæ, vel acceptare eorum eleemosynas, vel participare de rapinis eorum, deponendi sunt ab officio, & beneficio, quamvis contritis non sit denegandum Viaticum, *c.* 2, *h.t. n.* 35. Declaratur, *n.* 36. Hoc specialiter statutum est in odium rapinæ, ut quamvis eum, qui rapuit, in mortis articulo pœniteat, si tamen non satisfaciat, etsi non possit, adhuc puniatur, *n.* 37. Clerici raptores, vel participantes in rapina, vel si contra ipsis prohibita fecerint, deponi debent ab Ordine, & privari etiam beneficio, *cit. n.* 37. Denique præsumentes rapere, vel spoliare rebus, Christianos navigantes excommunicari debent. Illi etiam, qui naufragos spoliant bonis suis, nisi ablata restituerint, ipso jure, seu facto sunt excommunicati, *c.* 3. *h.t. n.* 38. & 39. Ab hac excommunicatione potest Episcopus absolvere, *cit. n.* 39. Præterea in Bulla Cœnæ Domini excommunicantur omnes piratæ maritimi, & præcipuè discurrentes per mare Ecclesiæ Romanæ, & eorum fautores, receptatores, & defensores, *n.* 40. Quinam præterea prædictam excommunicationem incurrant, vel non, *cit. n.* 40. Alia excommunicatio habetur in eadem Bulla Cœnæ Domini, de qua *n.* 41. quinam hanc posteriorem excommunicationem non incurrant, *n.* 42.

### §. VII. *De potestate, quam habent Prælati Ecclesiastici judicandi de raptu, & alijs criminibus, eáque puniendi.*

Episcopi, aliíque Prælati Ecclesiastici possunt ex delegatione Principis, qui Superiorem in temporalibus non habet, de raptu, & alijs criminibus judicare, eósque punire in pecunia, & etiam flagellis afficere, ita tamẽ ut in vindictam sanguinis non transeant. Quòd si verò crimen tam grave sit, ut mereatur pœnam mortis, vel mutilationis, relinqui debet puniendum Regi, aut alij Principi supremo, *c.* 4. *h.t. n.* 43. Prælati Ecclesiastici, & alij Clerici possunt in causis laicorum etiam criminalibus, in quibus pœna sanguinis non infligitur, esse Iudices delegati, *n.* 44. Potest Iudex Ecclesiasticus ob delicta infligere pœnam etiam corporalem, nempe carceris, flagellorum, verberum, imò & pœnam sanguinis, modò non sit crudelis, & gravis, vel ex qua timeatur periculum mortis, vel mutilationis. Potest quoque Iudex etiam delegatus, pœnam capitalem commutare in pœnam pecuniariam, vel aliam temporalem, aut corporalem, *n.* 45. An Episcopi possint punire laicos in eorum Diœcesi existentes propter crimen, etiam jure proprio, & ex vi spiritualis, seu Ecclesiasticæ jurisdictionis suæ, & non tantùm vi delegatæ à Principe, *n.* 46. Quandocausa delegata, civilis, vel criminalis, non potest expediri à Iudice delegato, ad quem remitti da est ad delegantem, *cit. n.* 46.

### SECTIO II. *De Incendiarijs, & violatoribus Ecclesiarum, quæ est altera pars Rubricæ hujus Tituli.*

#### §. I. *De Incendiarijs, eorumque pœna.*

Quær. I. Quis sit, & dicatur incendiarius? Resp. Is, qui scienter, & studio, sive dolo domum, vel ædium, sive rusticum, sive urbanum, vel alienam incendit, vel ad hoc mandatum, auxilium, vel consilium dedit, *n.* 47. Qu. 2. Quâ pœnâ afficiendus incendiarius, secundùm LL. Civiles? Resp. De his agitur, *n.* 48. Et quæ sint pœnæ Incendiarij de Iure Canonico? Resp. omnes Incendiarios Ecclesiarum, vel locorum Religiosorum, seu monasteriorum, imò & cœmeteriorum, & locorum, quæ contigua sunt intra 30. passus, sunt ipsoiure excommunicati. Incendiarij verò aliorum ædificiorum perdentes, & mandantes, auxilium, vel consilium dantes sunt excommunicandi, & tenentur ad omne damnum reparciendum, *n.* 49. Clericis Incendiarijs nulla pœna est statuta Iure Canonico, ideòque adhuc Iudices sunt puniendi, *n.* 50. Alia Canonica pœna imponitur Incendiarijs, nempe privatio Ecclesiasticæ sepulturæ, nisi Incendiarius in morte pœnitens, & debitis lutus obeat, tunc enim in loco facto sepelitur post & hæredes ejus debent pro damnis illatis plenè satisfacere ex bonis relictis, *c.* 5. *h.t. n.* 51. declaratur *n.* 52. An, & quâ ratione hæredes debeant restituere, & tenentur exonerare conscientiam defuncti, & solvere debita, ut hic liberetur à pœnis purgatorij, *n.* 53.

#### §. II. *De violatoribus Ecclesiarum, & eorum pœnis.*

Quinam sint, & dicantur violatores Ecclesiarum, & quâ pœnâ sint afficiendi? Resp. Violatores proprie dicuntur, qui Ecclesias, vel alia loca religiosa, & pia violenter effringunt, & spoliant, in quo creta est pœna excommunicationis, quam ipsi incurrunt. Alij verò sacrilegi violatores Ecclesiarum, citra effractionem, ut si quis furetur extra Ecclesia, sine violenta confractione, non incurrit ipso facto excommunicationem, sed sunt excommunicandi per sententiam, *n.* 54. Non tamen tem violenti raptores rerum, sed etiam Ecclesiæ violatores, si manifestè fuerint deprehensi, debent admitti ad pœnitentiam, nisi priùs damna resarciant, vel de ijs reparandis caveant, *c.* 2. *h.t.*

### *SERIES CAPITULORUM.*

In Antiquis.
*c.* 1. *n.* 33. & *seq.*
*c.* 2. *n.* 35. & *duobus seqq.* & *n.* 55.
*c.* 3. *n.* 38. & *seq.*
*c.* 4. *n.* 43. & *tribus*
*c.* 5. *n.* 51. & *duobus*
*c.* 6. *n.* 6. & 7.
*c.* 7. & *ult. num.* 14. & 17.

## *TITVLVS XVIII.*

## DE FURTIS.

### §. I. *Quid sit furtum, & quotuplex?*

Assertio I. *Furtum est contrectatio fraudulenta lucri faciendi gratiâ, vel ipsius rei, vel etiam usus ejus possessionisve.* Clariùs verò, & brevius definitur: *furtum: est occulta acceptio rei alienæ, invito domino,* declaratur utraque hæc definitio, *n.* 2. & quatuor

Ass. 2. Furtum simplex aliud est manifestum, aliud non manifestum, & quid sit utrumque, exponitur, *num.* 7.

§. II. *Quibus modis, & à quibus committatur furtum, vel non?*

Generatim loquendo, non solùm is, qui rem alienam aufert, sibi acquirendi causâ, sed etiam qui contra voluntatem domini, contrectat, vel eâ utitur, furtum committere censetur, ut si creditor re sibi pignoratâ, vel is, apud quem res deposita est, eâ utatur, modò depositum signatum sit, si sit depositum quantitatis, non certæ speciei, & eo utatur depositarius, invito domino, *n.* 8. Secundò, si commodatarius re commodatâ ad alium usum, vel modum, quàm commodata fuit, utatur, invito domino, furti tenetur. Tertiò, qui rem alienam invenit jacentem in loco privato, vel in via publica, & lucri faciendi causâ sustulit, seu animo sibi retinendi, furti tenetur, sive sciverit, cujus sit, sive ignoraverit, *cit. n.* 8. Quartò, tenetur etiam furti mandans fieri furtum, eo secuto, vel dans consilium ad furtum faciendum, vel aliàs ministerium ad illud, aut auxilium præstat, modò furtum reipsâ sit secutum, & qui furem, vel res furtivas scienter receptant, easque occultant, *n.* 9. Quintò, filiusfam. si res paternas surripiat, verè etiam furtum committit, & servus auferens res domini, & socius si re communi utatur, invito socio, *n. eod.* Sextò, aliquando tamen etiam rei, suæ furtum quis committit, *n.* 10. Septimò, qui beneficium Ecclesiasticum, sine legitima institutione, occupat, vel beneficia, quæ vacant ipso jure per adeptionem aliorum, quasi furtum committit, *cit. n.* 10. Præterea non solùm fur, sed etiam furti conscius, qui furem non indicat, reus est furti, si non indicet furem propter lucrum, quod ab eo consequitur, *c.* 4. *h. t. n.* 11. & 12. Denique etiam ille furti reus est, qui ob necessitatem famis, vel paupertatis alienam rem aufert: quod intelligendum est de necessitate modica, sive non gravi: nam qui propter necessitatem hujusmodi furatus fuerit cibaria, vestem vel pecus, pœniteat hebdomades tres, & si reddiderit, non cogatur jejunare: quæ tamen pœnitentia ei remittitur, si statim restituat, quod accepit, *c.* 3. *h. t. n.* 13. Si quis in extrema necessitate constitutus, ob periculum mortis, vel gravis infirmitatis res alienas sibi necessarias accipiat, maximè cibaria, non peccat, sed excusatur ab omni culpa, & pœna. Idémque dicendum de valde gravi necessitate, etsi extrema non sit, *n.* 14. An qui in extrema necessitate constitutus abstulit rem alienam, postea locupletior factus teneatur ad ejus restitutionem? Probabilius est, quòd si extremè egens rem alienam ablatam consumpsit, non teneri postea restituere, etsi posset, *num.* 15. & 16. Quin imò etiam in valde gravi necessitate constitutus, si auferat res alienas, non renetur illas restituere, etsi postea ditior factus sit, *n.* 17.

§. III. *De pœnis furti Iure Civili statutis.*

Quær. 1. Quænam sint pœnæ Civiles furti Jure communi Cæsareo statutæ? Resp. Pœna pecuniaria furti manifesti est, ut præter rem furto ablatam, solvatur quadruplum: furti verò non manifesti duplum, *n.* 18. Cui competat actio pœnalis furti, & quænam aliæ actiones rei persecutoriæ dentur contra furem, vel possessorem rei furto ablatæ? *cit. n.* 18. Quær. 2. Quænam sint pœnæ criminales furti simplicis? Resp. Jure Civili pro furto nec pœna mortis, nec mutilationis imponi potest, sed arbitraria: hodie tamen pœna capitalis ex consuetudine imponitur propter furtum, si sit magnum, vel sæpius iteratum. Ex Constitutione verò Imperatoris Friderici, si quis quinque solidos, aut plus valens fuerit furatus, hoc est, XII. grossos, vel unum aureum, suspendatur laqueo; sin minus, scopis, & forcipe excorietur. Denique Carolus V. statuit, ut fures, qui semel deprehensi fuerint in furto, præsertim non manifesto, & quod quinque florenos non excedit, leviùs; qui bis aut ter, severiùs, ultimóque supplicio puniantur, & ut plurimùm laqueo suspendantur, *num.* 19. Defenditur justitia Constitutionis Carolinæ, quòd fures in furca suspendere sit licitum, *num.* 20. An propter unicum etiam furtum, si qualitate, & quantitate magnum sit, possit inferri pœna mortis? *n.* 21. Ad imponendam pœnam mortis, saltem ex generali consuetudine requiritur, ut tria, vel plura furta commiserit, *n.* 22. Requiritur autem, ut tria illa furta, non continuato actu, sed diversis vicibus sint commissa, *n.* 23. Non est sufficiens indicium ad condemnandum aliquem de furto, quòd res furtiva apud ipsum sit reperta: fieri enim potest, ut quis bonâ fide rem furtivam emerit, vel alio titulo acquisiverit, *n.* 24. Non valet statutum, vel consuetudo, ut rēs furtivæ fisco adjudicentur, sed dominis, quibus sunt ablatæ, restituendæ sunt, *cit. n.* 24.

§. IV. *Quomodo puniantur furta Iure Canonico?*

Prima pœna Clerici furtum committentis est, ut ab Ordine, & Officio Clericali deponatur, & si contumax sit, & incorrigibilis, excommunicetur, ac tandem seculari Potestati tradatur, *n.* 25. Altera pœna est, quòd Clericus convictus, & condemnatus de furto infamis efficitur, *n.* 26. Unde fur manifestus aut convictus in judicio de furto, non potest, sine dispensatione, ad Ordines promoveri. At verò fur occultus, etiam sacrilegus, post restitutionem, & pœnitentiam peractam, ad SS. Ordines promoveri potest, dummodo aliàs sit idoneus, *c. ult. h. t. num.* 27. Quæ requirantur, ut possit fur promoveri ad Ordines, *n.* 28. Surripiens rem aliquam ex Ecclesia non est ipso jure, seu facto excommunicatus, *cit. n.* 28. Quæ pœna imponatur furibus, secundùm antiquos Canones pœnitentiales, *n.* 29. Fures & latrones, si in peccato occidantur, non est pro eis orandum: sed si in morte pœnituerint, non est eis neganda Communio, *c.* 2. *h. t. n.* 30. Quomodo intelligendum sit, quod dicitur in *c.* 2. *h. t.* ut fures confiteantur Presbytero, vel Diacono, *cit. n.* 30.

§. V. *De aliis diversis furtorum generibus, eorúmque pœnis.*

Quær. 1. Quid sit sacrilegium, & quæ pœnæ sint statutæ in fures sacrilegos? Resp. 1. Sacrilegium est furtum rei sacræ, idque tripliciter committitur: vel auferendo rem sacram de loco sacro, vel sacram de non sacro, vel non sacram de sacro, *n.* 31. Resp. 2. Jure Civili pœna furti sacrilegi est extraordinaria, & arbitraria, ita ut juxta furti, rei & personarum qualitatem, etiam ad mortem extendi possit, *n.* 32. Similiter Jure Canonico diversæ pœnæ sunt impositæ furibus, & prædonibus sacrilegis, quæ enumerantur, *cit. n.* 32. Item in *Extravag. unic. h. t. Inter commu-*

*nes* ſpecialis excommunicatio lata eſt in eos, qui furati ſunt theſaurum alicujus Eccleſiæ, *n.* 33. Crimen ſacrilegii, adeóque etiam crimen furti ſacrilegi eſt crimen mixti fori, ita ut illud Judex ſecularis, & Eccleſiaſticus punire poſſit, *n.* 34. Quær. 2. Quid ſit plagium, & quæ ſit ejus pœna? Reſp. Plagium eſt quaſi furtum, ſi quis furetur, vel abducat hominem liberum invitum, & eum vendat tanquam ſervum, vel ſi quis eum emat, *n.* 35. Quæ ſit pœna plagii, traditur, *n.* 36. Jure Divino Legis Veteris, qui ſciens liberum hominem vendit, morte punitur, *c.* 1. *h. t.* Ubi per mortem de Jure Canonico intelligitur non mors naturalis, ſed excommunicatio, vel etiam depoſitio ab Ordine, & Officio, *n.* 37. Non ſolùm autem qui ſciens vendit hominem liberum, ſed etiam qui emit, crimen plagii committit, & pœnâ mortis afficiendus eſt de Jure Civili, *n.* 38. Quær. 3. Quale crimen ſit peculatus, & quæ pœna illius? Reſp. Eſt furtum pecuniæ publicæ, vel rerum ad ærarium Reipubl. vel fiſcum Principis pertinentium, *n.* 39. Sub hoc crimine continetur etiam furtum pecuniæ ſacræ, & religioſæ, *num. eod.* Pœna hujus criminis hodie eſt arbitraria, *cit. num.* 39. Hoc crimen de Jure Canonico etiam committunt Clerici, qui loca Eccleſiaſtica ſibi appropriant, vel alienant, *cit. num.* 39. Quær. 4. Quale crimen ſit abigeatus, & quæ ſit ejus pœna? Reſp. Hoc crimine tenentur, qui pecora ex paſcuis, & gregibus abducunt, & deprædantur, & quæ ſit ejus pœna, *n.* 40. Et quæ pœna imponi poſſit de Jure Canonico, *n. eod.* Poſtremò inter graviora furta numeratur furtum commiſſum in incendio, vel naufragio, & quomodo puniatur, *n.* 41.

*SERIES CAPITVLORVM.*


In Antiquis.
*c.* 1. *n.* 37.
*c.* 2. *n.* 30.
*c.* 3. *n.* 13. *& ſeq.*
*c.* 4. *n.* 11. *& ſeq.*
*c.* 5. *& ult. num.* 27. *& ſeq.*
In Extravagant. Communibus.
*Extravag. unic. n.* 33.


## *TITVLVS XIX.*

## DE USURIS.

Sectio I. *De Vſuris in genere.*

Unde dicta ſit uſura, *n.* 1.

§. I. *Quid ſit uſura, & quotuplex?*

Assertio I. Uſura accipitur, vel pro conventione, ſeu contractu uſurario, vel pro lucro, quod ex contractu uſurario acquiritur. Primo modo ſumpta, eſt actus voluntatis interior, vel exterior conventio dandi, vel accipiendi lucrum aliquod temporale ultra ſortem, ex vi mutui principaliter. Secundo modo ſumpta eſt lucrum immediatè ex mutuo proveniens tanquam debitum, hoc eſt, incrementum, quod vi mutui intenditur, & accipitur ſupra id, quod mutuo datum eſt, *n.* 2. Uſura poteſt committi, vel per ſolum actum internum, cùm quis mutuo dat Titio centum, cum intentione ac ſpe recipiendi ab eo quinque ultra ſortem, quæ eſt uſura mentalis: vel per actum externum, cum quis mutuat alicui mille, cum expreſſo pacto reddendi ultra ſortem, 50. Nomine lucri autem hîc intelligitur pecunia, vel quæcunque alia res temporalis ac pretio æſtimabilis, *num.* 3. Unde colligitur, quando in pluribus caſibus particularibus committitur uſura, vel non? *num. eod.* Dicitur propriè habet tantùm locum in mutuo, & non in ritur mutuum formale, & expreſſum, ſed etiam virtuale, & implicitum, ex quo fortem provenit, *n.* 4. Aſſ. 2. Uſura in mentalem, & realem. Mentalis eſt, quando quis mutuat eo animo, ut acquirat tuo, ſed nullo interveniente pacto expreſſo cito de lucro. Uſura realis eſt, quando tuat, cum pacto expreſſo, vel tacito tra ſortem lucrum ex mutuo, *num.* 5. viditur in expreſſam, ſeu formalem, ſeu palliatam. Illa eſt, quando tium pro mutuo. Virtualis eſt, cùm riùs, vel viliùs, ob dilatam, vel nem. Tertiò, uſuræ aliæ ſunt punitoriæ, aliæ lucratoriæ, *cit. n.* 5.

§. II. *Quo jure uſuræ ſint prohibitæ?*

Uſuræ lucratoriæ, & propriè dictæ, ſive ſæ, ſive implicitæ, ſunt prohibitæ jure no, & Eccleſiaſtico, imò & naturali, *num.* 6. etiam probatur ratione, *n.* 7. & 8. Solvuntur objectiones, & rationes, per quas probari videntur uſuras eſſe licitas, *n.* 9. & 4. *ſeqq.*

§. III. *An uſuræ licitè poſſint exigi, & accipi, ob ſuorem cauſæ piæ, vel alind opus bonum, ſaltem diſpenſative?*

Non debet quis crimine uſurarum redimat vitam captivorum, quia uſura Teſtamento eſt prohibita, nec poteſt ſpenſatio, & ſi prohibitum eſt mentiri vita alterius, multò magis uſuram *t. num.* 14. & 15. Etſi mutuare pecuniam ſemper ſit peccatum, & illicitum, tu boni operis, & inducere aliquem ad sub uſuris, eſt tamen licitum petere cipere ſub uſuris ab eo, qui ſine illis *cit. n.* 15. Non poteſt Imperator, ſupremus permittendo uſuras, facere peccato exigi, vel accipi poſſint, re non puniendo. Imò nec S. Pontifex ſpenſando licitas facere uſuras, *n.* 16. etiam peccant Principes Chriſtiani, & blicæ, ſi ſubditos ſuos cogant ad Judæis, quamvis poſſint permittere, ceantur à Judæis ad cavenda majora dala, *n.* 17.

§. IV. *Vtrùm dominium uſurarum transferatur in uſurarium?*

Quær. 1. An uſurarius acquirat rum, quas ſub uſuris accepit? Reſp. Si ſolvat uſuras, ita tamen ut nolit earum transferre in uſurarium, tunc iſte non minium earum. Quòd ſi pecunia, frumentum, vinum mutuò datum ſit ſub uſuris, & permiſcuit tum ſuo frumento, vel vino ſitis, acquirit dominium eorum, *n.* 18. duplex ſententia. Prima ait, non dominium uſurarum, ſive ſint res uſu les, ſive non: & ſive ſint res mobiles, *n.* 19. Secunda ſententia affirmat, rere dominium rerum per uſuram revocabile, & inefficax, ita ut obligatus

quicquid accepit injustè, *n.* 20. Quær. 2. An usurarius acquirat dominium earum rerum, quæ ex pecunia, vel alia re usuraria acquisivit? Resp. primò, si res usuraria sit pecunia, tunc res, quas illâ pecuniâ comparavit, sibi acquirit, *n.* 21. Resp. secundò, si res usuraria sit fructifera, tunc usurarius non acquirit dominium fructuum inde perceptorum, secundùm primam sententiam: acquirit tamen juxta secundam sententiam, *n.* 22. Resp. tertiò, si usurarius res per usuram acquisitas vendat, licèt non transferat rerum dominium, secundùm primam sententiam, acquirit tamen dominium pretii, quia pretium rei usurariæ non est usurarium, modò emptor bonâ fide res illas emerit, *num.* 23. Solvuntur objectiones, *cit. num.* 23.

SECTIO II. *De pactis tum illicitis, & usurariis, quæ contractui mutui adjici nequeunt: tum licitis, quæ apponi possunt, absque usura.*

§. I. *De pactis, ob quæ contractui mutui adjecta is efficitur usurarius.*

Regula generalis est, quòd per omne pactum, per quod, præter sortem, imponitur mutuo aliud onus, sive nova obligatio ex justitia, redditur contractus mutui usurarius, *n.* 24. Quær. 1. An usurarium sit pro obligatione non repetendi mutuum, ante certum tempus v. g. annum, aliquid ultra sortem accipere, & de eo pacisci? Resp. Affirmativè *num.* 25. Quær. 2. An usurarium sit, si quis alterum ex pacto mutui obliget, ut is vicissim ei mutuet? Resp. Affirmativè *n.* 26. Ubi plures similes casus particulares resolvuntur. Quær. 3. An usurarium, sit mutuare cum pacto, ut mutuatarius ipsi mutuanti, vel alteri Officium publicum, vel beneficium conferat, vel impetret. Resp. Esse pactum usurarium, si ex obligatione justitiæ promittatur Officium publicum mutuanti, *n.* 27. Similiter usurarium est, si quis mutuet cum pacto, ut conferatur sibi, vel impetretur beneficium Ecclesiasticum, *n.* 28. Quær. 4. An illicitum sit mutuare cum pacto, ut mutuatarius remittat injuriam ipsi à mutuante illatam? Resp. Tale pactum esse usurarium, si exigatur, ut ratione mutui ex justitia remittatur injuria mutuatario illata, sive in bonis fortunæ, sive in honore, fama vel corpore, *num.* 29. Quær. 5. An sit usura mutuare cum pacto, ut mutuatarius obligatus sit ad fidejubendum pro mutuante? Resp. Esse, si obligatio fidejubendi petatur, ut pretium mutui, non ut conditio, *n.* 30.

§. II. *An mutuans aliquid ultra sortem, seu rem mutuò datam exigere, vel accipere possit, ratione damni emergentis?*

Duplex est interesse, unum damni emergentis, alterum lucri cessantis: quodnam dicatur interesse damni emergentis, & quod lucri cessantis, *num.* 31. Ass. 1. Mutuans potest licitè, & sine usura aliquid exigere, vel accipere, ratione damni emergentis, *n.* 32. Ass. 2. Si mutuatarius fuit in mora solvendi, & inde damnum passus est mutuator, tenetur mutuarius ad compensationem illius damni, etiamsi hoc in pactum non sit deductum, *n.* 33. Quæ requirantur, ut mutuans possit aliquid exigere, vel accipere ultra sortem, ratione damni emergentis, *n.* 34. Si mutuator damnum non deduxit in pactum, non tenetur mutuatarius quidquam pro eo solvere, si non fuit in mora solvendi, *n.* 35. Qui mutuum sub usuris accepit, potest postea alteri licitè partem pecuniæ, vel etiam totam sub usuris mutuare, ut se indemnem servet, *n. eod.*

§. III. *An, & quomodo in mutuo aliquid licitè, & sine usura exigi, vel accipi possit ultra sortem, ratione lucri cessantis?*

ASSERTIO I. Si quis per vim metum, vel dolum injustè cogatur ad mutuandum, ideóque lucrum ei cesset, tum mutuans potest petere, ut illud sibi compensetur, etiamsi hoc in pactum non sit deductum, *n.* 36. Ass. 2. Sed etsi quis spontè mutuum dedit ad certum tempus, & mutuans ex eo, quòd in mora solvendi fuit debitor, lucrum amisit, debet id mutuanti resarciri, *n.* 37. Ass. 3. Licitum est etiam ab initio pacisci cum mutuatario, ut ultra sortem aliquid solvat, ratione lucri cessantis, quantum vir prudens æstimabit, *n.* 38. Plures conditiones requiruntur, ut pactum de exigendo lucro cessante, à mutuatario, sit licitum, & non usurarium, prima ponitur, *n.* 39. secunda, *n.* 40. *& seq.* tertia, *n.* 42.

§. IV. *An ratione periculi, cui mutuum exponitur, licitè possit aliquid ultra sortem exigi?*

Duo sunt casus, in quibus ratione periculi, aliquid ultra sortem in mutuo exigi potest, vel quia res ipsa mutuata subjacet periculis: vel quia periculum mutui provenit ex parte mutuatarii, *n.* 43. Ass. 1. Si mutuans aliquid ultra sortem exigat propter periculum, circa rem mutuatam, quod in se suscipit, & verè subest, idque in pactum deducat, id non est usurarium, sed licitum, *n.* 44. Ass. 2. Probabilius est, si mutuum sit periculosum, propter conditionem mutuatarii, posse pro periculo sortis aliquid ultra illam per pactum assecurationis exigi, sine usura, modò non exigatur tanquam conditio, sine qua mutuator non vult mutuare, sed mutuatarius spontè tale pactum ineat, *n.* 45. *&* 46. Qui naviganti, vel eunti ad nuptias certam mutuat pecuniæ quantitatem, eò quòd suscipit in se periculum, recepturus aliquid ultra sortem, usurarius censendus est. *c. ult. in princ. h. t. n.* 47. Variæ sunt expositiones hujus textûs, *cit. n.* 47. Proponuntur duæ expositiones probabiliores, *num.* 48. Ut licitus sit contractus assecurationis, requiritur, ut periculum sortis in pactum expressè, vel tacitè deducatur, *num.* 49. Licita est olla fortunæ, *num.* 50.

§. V. *An in mutuo licitum sit pactum, ut mutuatarius, si tempore statuto non solverit mutuum, teneatur certam pœnam solvere ultra sortem?*

Triplex est pœna, legalis, quæ lege, vel statuto; judicialis, quæ per Judicem; conventionalis, quæ pacto, sive mutuâ conventione imponitur, *n.* 51. Est autem licitum etiam in mutuo talem pœnam imponere, *cit. n.* 51. Quæ requirantur ut hujusmodi pœna licitè apponatur in mutuo, *n.* 52. Pœna conventionalis adjecta mutuo debet solvi, etiam ante sententiam judicis, in quo distinguitur à pœna legali, & judiciali, quæ non debentur, ante sententiam Judicis, *cit. num.* 52. Alius titulus accipiendi aliquid ultra sortem, est contractus cambii, qui adjicitur mutuo, *n.* 53.

§. VI. *An pactum adjectum mutuo, ut res mutuata restituatur in eadem mensura, & bonitate, etiamsi pretium ejus creverit, sit usurarium?*

In hac re certum est primò, si tempore mutui

dati æquè dubium sit, an tempore solutionis pretium tritici, v. g. vel vini, crescet, vel decrescet, licitè potest exigi, ut totidem mensuræ tritici, vel vini ejusdem bonitatis reddantur, etsi postea pretium utriùsque creverit, *n.* 54. Secundò, si mutuans triticum, vel vinum servaturus sit in illud tempus, quo ejus valor crescet, tum licitum est pactum, ut reddatur triticum, vel vinum in eadem mensura, ac bonitate, quâ datum est, *n. eod.* Tertiò, si certò, vel saltem probabiliter prævideatur triticum postea minus valiturum, tum mutuans licitè, & sine usura potest pacisci, ut plures scaphæ tritici, vel urnæ vini sibi reddantur, quæ adæquent præsentem valorem tritici vel vini, quod nunc dat, sive illud venditurus fuisset, vel consumpturus, sive servaturus in tempus, quo decrescet pretium, *n.* 55. Quartò, illicitum est pactum, per quod mutuans obligat mutuatarium, ut non antea reddat mutuum, quàm pretium tritici creverit, *n.* 56. Non est usura vetus triticum mutuare cum pacto, ut postea reddatur novum, si vetus tunc tantum valeat, quantum postea valebit novum, vel speratur valiturum; aliud est, si triticum vetus minus valeat, quàm postea valiturum sit novum, & mutuatarius vetus triticum accipiat, cum pacto reddendi novũ, *cit. n.* 56. Qu. 1. An quando probabiliter prævidetur tritici pretium postea augendum, licitum sit illud mutuare eo pacto, ut postea aucto pretio, in eadem mensura, & bonitate reddatur? Resp. si certum sit, vel saltem probabile, triticum v. g. pluris valiturum, tempore solutionis, quàm modò valeat, non potest mutuans exigere, ut postea reddatur in eadem mensura, etsi terminus solutionis sit præfixus: sed tantùm, ut reddatur in eadem mensura, quæ adæquabit pretium tritici, quod erat tempore traditionis, *n.* 57. Qu. 2. Si in contractu mutui nihil sit conventum de reddenda eadem mensura, vel potiùs valore rei mutuatæ, ad quid restituendum obligatus sit mutuatarius? Resp. cum distinctione tradita, *n.* 58.

SECTIO III. *De usuris, quæ committuntur in venditione, & emptione, & an contractus censualis sit usurarius?*

§. I. *An sit usura, rem pluris justo pretio vendere, ob dilatam pretij solutionem: & vicissim rem minoris emere, quàm valet, quia præsenti pecuniâ emitur?*

ASSERTIO I. Rem pluris vendere, quàm valeat, eò quòd differatur solutio pretij, est usura ex natura rei, & in foro conscientiæ, nisi dubium sit, an tempore solutionis res plus, vel minus valitura sit: quamvis in foro externo sic vendens tanquam usurarius conveniri, & condemnari non possit, *num.* 59. Nam vendens rem plus, quàm valeat, dilatâ solutione, peccat contra justitiam, nisi dubium sit, an merces venditæ plus, vel minus valituræ sint tempore solutionis, & venditor non erat venditurus, tempore, quo vendidit, *c. In civitate. 6. h. t. num.* 60. Præterea usurarius mentalis, qui sine pacto, eo animo mutuat, ut plus aliquid ultra sortem accipiat, aliàs non mutuaturus, in conscientia tenetur restituere, si ex eo aliquid sit consecutus, *c. Consuluit.* 10. *h. t. n.* 61. Unde rem cariùs, ob dilatam solutionem pretij, vendens, etiam in foro conscientiæ, excusatur ab usura, si tempore traditionis dubium erat, an res pluris, vel minoris valitura esset, tempore solutionis. Item qui dat v. g. decem aureos, ut alio tempore sibi reddatur decem mensuræ tritici, vini, vel olei, quæ tempore contractûs plus valeant, attamen dubium sit tempore solutionis plus, vel minus fore valitura, non est censendus usurarius, *c. ubi, §. Ille quoque, n.* 62. Præterea ut sit licita venditio ex magno pretij, requiritur, ut venditor non esset dilaturus contractûs venditurus frumentum, vel alium rem, sed servaturus, usque ad tempus solutionis, *c. ubi, h. t. n.* 63. Prædictæ venditiones sunt periculosæ, excusantur tamen ab usura interdum, ratione damni, quod aliàs passurus esset, qui cariùs vendit, vel lucri, quod amissurus esset, *cit. n.* 63. Assert. 2. Sive venditor, ita & emptor, qui rem minoris emit, quam nunc valeat, eò quòd præsenti pecuniâ emit a venditore, censetur usurarius, *n.* 64.

§. II. *De venditione, & emptione censuum, sive redituum annuorum in genere.*

Quær. 1. Quid sit census? Resp. Cariùs hoc loco accipitur pro jure percipiendi annuum reditum, seu pensionem ex re, vel persona alterius, & venditio, ac emptio hujusmodi juris vocatur contractus censualis, *num.* 65. Qu. 2. Quotuplex sit census? Resp. census, ratione modi dividitur in reservativum, & consignativum, & quis sit reservativus, quis consignativus, *n.* 66. Census consignativus dividitur primò in censum realem, & personalem, & qui sit realis, quis personalis, quis mixtus, *cit. n.* 66. Secundò, dividitur census consignativus, ratione temporis, quo pensio solvi debet, in perpetuum, & temporalem. Tertiò, ex parte rei in censum fundarium, & pecuniarium. Quartò, ratione pacti in censum irredimibilem, vel redimibilem, in actu. Jam ergo gravissima quæstio est, an emptio, & venditio censuum, seu reditum annuorum sit usuria, an verò licita, & justa, *cit. n.* 66.

§. III. *An licitus sit census realis, sive perpetuus, sive temporalis, tam redimibilis, quàm irredimibilis: an verò sit usurarius, & illicitus?*

ASSERTIO I. Contractus censualis, seu census realis, sive perpetuus, sive temporalis, etiam redimibilis, & redimibilis, per emptionem, & venditionem constitutus, non est usurarius, sed licitus, ac justus, modò pretium sit justum, quale est, quod vel laxatum est, vel consuetudine approbatum, *n.* 67. Quæ probatur, *n.* 68. Assert. 2. Contractus censualis, sive emptio, & venditio censûs realis, perpetui, irredimibilis, justa, & licita est jure naturæ, *n.* 69. census fructuarius, sive pecuniarius, *n.* 69. Emptio, & venditio censûs realis temporalis, sive ad incertum tempus, v. g. ad vitam ementis, sive ad certum tempus, v. g. decem annos, est licitus, ac justus, *n.* 70. Assert. 4. Emptio, & venditio census redimibilis ex parte venditoris, est licita: quia probabiliter licitus est census realis utrinque redimibilis, adeóque etiam ad arbitrium emptoris. Quædam circa censum utrinq; redimibilem [illegible] da, *n.* 72. Ass. 5. Contractus censualis realis perpetuus que redimibilis, adjecto etiam pacto asserendi in perpetuum, non est iniquus, sed probabiliter defenditur, ac tolerandus, *num.* 73.

§. IV.

§. IV. *An licitus, & justus sit census personalis perpetuus, tam irredimibilis, quàm redimibilis, ex parte solius venditoris?*

Sermo est hîc de censu personali, vi cujus venditor, sive emptor censûs solùm acquirit Jus percipiendi annuam pensionem: venditor verò censûs solùm contrahit obligationem personalem illam pensionem solvendi, *n.* 74. Iam ergo emptionem censûs merè personalis, secundùm se, & ex natura rei, licitam esse & justam, seclusâ legis humanæ prohibitione, affirmant plures DD. quæ probatur *cit. num.* 74. Contraria tamen sententia, quæ negat, censum merè personalem esse licitum, & justum, si pretium non adæquet cumulum pensionum solvendarum, tenent alij non minùs probabiliter. In praxi tamen etiam prima sententia damnari non potest, quippe quæ observatur in multis Provincijs, etiam in Germania, *n.* 75.

§. V. *Solvuntur argumenta, quæ contra justitiam contractûs censualis objici possunt.*

Resp. ad primam, & secundam objectionem, *n.* 76. Resp. ad tertiam, & quartam objectionem, *num.* 77.

§. VI. *De conditionibus ad contractum censualem requisitis.*

Quær. I. Quæ conditiones requirantur jure naturæ, ut contractus censualis sit licitus, & justus? Resp. quatuor. Primò, ut constituatur in re frugifera, ex qua pensio debita solvi possit. Non solùm autem in re immobili, sed etiam in rebus mobilibus, etiam in pecunia, imò & persona, census constitui potest, *n.* 78. Secundò requiritur, ut justo pretio census ematur, quale est, quod vel lege, vel consuetudine, vel judicio prudentum virorum taxatũ fuit, *n.* 79. Tertia conditio est, si res censui subjecta pereat, vel non ad tempus, sed in perpetuum infructuosa reddita sit, sive tota, sive ex parte, citra culpam tamen solventis censum: tum res perit, & infructuosa fit damno percipientis censum, secluso speciali pacto assecurationis, *n.* 80. Quartò, ut res censui subjecta, inscio emptore censûs, non alienetur, nec transferatur in alium, à quo pensio annua difficulter obtineri possit, *n.* 81. Qu. 2. Quæ conditiones requirantur ad justitiam contractûs censualis Jure positivo Ecclesiastico? Resp. hæ enumerantur, *n.* 82. quamvis non omnes sint necessariæ, *n.* 83. ad quos contractus prædictæ conditiones extendantur, vel non extendantur, *n.* 84.

SECTIO IV. *De Usuris, quæ committuntur circa pignora, & hypothecas.*

§. I. *An sit usura, si creditor fructus pignoris, seu rei oppignoratæ, non computet in sortem?*

Resp. fructus ex re pignori pro mutuo obligata percepti debent à creditore in pactum sortis debitæ computari, alioquin usura est. Unde si quis alicujus possessiones accepit in pignus, debet, si sortem suam ex fructibus pignoris jam recepit, deductis expensis, rem oppignoratam restituere debitori. Sin autem minus percepit ex fructibus pignoris, ita ut non æquiparentur sorti, eo recepto, debet res oppignorata domino restitui. Quòd si Clericus sit, qui crimen usuræ commisit, debet ab officio, & beneficio suspendi, seu potiùs deponi, *c.* 1. *h. t. n.* 85. Similiter Laici, qui recipiunt ex fructibus pignoris sortem principalem, deductis expensis, ad restituenda pignora suis dominis per censuram Ecclesiasticam sunt compellendi, *c.* 2. *h. t. n.* 86. Ubi etiam ratio redditur. Prædicta declarantur, & explicantur, *num.* 87. Fructus rei oppignoratæ non tantùm percepti, sed etiam qui percipi potuerunt, sed non sunt percepti, computari debent in sortem principalis debiti, *n.* 88. Fructus restituendi, vel in sortem principalem à creditore sunt computandi, deductis priùs expensis, *n. eod.*

§. II. *Ex quibus causis creditor non tenetur fructus rei oppignoratæ in sortem computare ad vitandam usuram?*

Tres sunt Tituli, seu causæ, ob quas licitè, & citra usuram fructus rei oppignoratæ à creditore percipi possunt, non computando eos in sortem. Prima est, si beneficium Ecclesiasticum fuerit, quod redimendum hoc modo de manu laici videatur, *cit. c.* 1. *h. t. n.* 89. Secundus titulus, seu causa est, si creditori detur res in pignus, seu hypothecam, in qua creditor habet directum dominium, & debitor tantùm utile, ut si vasallus domino directo det feudum in pignus pro debito, tunc fructus percepti ex re oppignorata non sunt computandi in sortẽ, *c.* 8. *h. t. n.* 90. Idémq; locum habet in re emphyteutica, quam emphyteuta in pignus dat domino proprietatis, *cit. n.* 90. Ut autem dominus directus possit fructus illos percipere, tres conditiones requiruntur, quæ referuntur, *n.* 91. *& duobus seqq.* Tertius titulus, sive causa, ob quam fructus pignoris non computantur in sortem, est, si maritus pro dote uxoris sibi promissâ, loco pignoris accipiat prædium, vel aliam rem, ut ex ea fructus interim percipiat, sine imminutione dotis, non cogitur eos in sortem computare, *c. Salubriter.* 16. *h. t. num.* 94. Quæ sit vera ratio, ob quam fructus percepti ex pignore possint, sine usurâ, à marito retineri, sine obligatione computandi eos in sortem, & diminutione sortis, in quo varias rationes assignant DD. *n.* 95. Quæ sit verior & probabilior ratio, *n.* 96. deducuntur quædam corollaria, *n.* 97.

§. III. *An contractus, seu pactum Antichriseos sit illicitum, & usurarium, & an etiam montes pietatis usuram contineant?*

Pactum inter creditorem, & debitorem initum, ut tamdiu creditor fructus pignoris, salvâ sorte, lucretur, donec debitum solutum fuerit, illicitum est, & usurarium, ideóque damnatum Jure Canonico, *n.* 98. Quis dicatur mons pietatis, & quæ conditiones ad illum requirantur, *n.* 99. Sunt autem hujusmodi montes liciti, & immunes ab omni usura, si serventur conditiones præscriptæ, *n.* 100.

SECTIO V. *De obligatione restituendi usuras.*

§. I. *An, & quibus teneantur usurarij restituere usuras?*

Usurarij, qui sunt solvendo, cogendi sunt per pœnas Concilij Lateranensis usuras restituere ijs, à quibus acceperunt, vel eorum hæredibus, & in eorum defectum, pauperibus. Quòd si habeant bona ex usuris comparata, ea debent vendi, & pretium restitui ijs, à quibus usuræ sunt extortæ; *c. Cùm tu, 5. h. t. n.* 101. Usuræ primò debent restitui illis, à quibus sunt extortæ: & si hi non extent, vel inveniri non possint, restitui debent eorum hæredibus; & si etiam

illi

illi non extent, erogari debent pauperibus, vel Ecclesijs, aut alijs locis pijs, *n.* 102. In foro pœnitentiæ restitutio usurarum fieri potest pauperibus ab ipso usurario: at in foro externo, usurarius damnatus ad restitutionem, earum restitutio fieri debet judicio Episcopi, *n.* 103. An si postquam facta est restitutio usurarum pauperibus, compareat is, à quo extortæ sunt usuræ, nihilominus obligatus sit usurarius ad restitutionem, *n. eod.* Si usurarius, vel ejus hæres non habeat, unde restituere possit, excusatur à restitutione ob inopiam, *n.* 104. An usurarius habeat beneficium cessionis bonorum, sicut alij debitores, *cit. n.* 104. An bona usurarij etiam ex pecunia usuraria acquisita, ipso jure, sint tacitè hypothecata, sive realiter obligata mutuatario pro solvendis usuris, *n.* 105. Non solùm injustè acquisita ex usura, sed etiam ex alijs contractibus injustis, si restitui non possunt dominis, vel eorum hæredibus, debent dari pauperibus, *n.* 106.

§. II. *An omnes usurarij restituere teneantur usuras, etiam hæredes eorum?*

Assertio I. Omnes recipientes usuras obligantur ad restitutionem earum, & pœnis ad id cogendi sunt, sive laici sint, sive Clerici. Quin etiam seculares Principes debent Judæos, qui ipsis subsunt, cogere ad remittendas usuras Christianis; & hi sub pœna excommunicationis tenentur abstinere à commercijs, & communione Judæorum, nisi hi usuras remittant, *c. Post miserabilem. 12. h. t. n.* 107. Similiter Judæi compellendi sunt ad restituendas usuras extortas à Christianis, aliàs hi per censuram Ecclesiasticam cogantur ab eorum communione abstinere, donec competenter satisfecerint, appellatione remotâ, *c. Quanto. 18. h. t. n.* 108. ubi etiam præcipitur, ut Judæi solvant decimas, vel oblationes ex domibus, & alijs bonis eorum, quæ priùs erant Christianorum. Non solùm autem ad restituendas usuras magnas, & graves, sed etiam ad parvas, & moderatas compellendi sunt Judæi, *cit. n.* 108. Assert. 2. Etiam hæredes usurariorum, sive filij sint, sive extranei, ijsdem pœnis cogendi sunt ad restituendas usuras, quibus cogerentur defuncti usurarij, si adhuc viverent, *c. Tua. 9. h. t. n.* 109. Non tantùm in debito ex usuris, sed etiam in omni alio debito defuncti, & ex damno alteri injustè illato obligantur hæredes defuncti usurarij ad satisfaciendum, *n.* 110. Bona usurariorum non sunt tacitè hypothecata pro usuris restituendis, *cit. n.* 110. Quando plures sunt hæredes usurarij, non obligantur singuli solvere usuras in solidum, sed singuli solùm juxta portiones suas, quas ex hæreditate acceperunt, *n.* 111. Ponuntur duæ exceptiones, *n.* 112. An etiam legatarij in defectum hæredum, teneantur usuras solvere, vel non? *num.* 113.

§. III. *Quinam, & quo pacto cooperantes ad usuras exigendas, vel solvendas, teneantur ad restitutionem?*

Regula generalis est, omnes, qui se tenent ex parte usurarij mutuantis, & sunt causa efficax, cur mutuum non detur gratis, & sine usuris, peccant, & obligantur ad restitutionem, saltem in defectum usurarij: illi verò, qui se tenent ex parte mutuatarij solventis usuras, non obligantur ad restitutionem, nisi quando & eo modo, quo ipse mutuatarius aliquando peccat, ratione scandali, *n.* 114. Quinam in [illegible] cie teneantur in defectum usurarij ad restitu[illegible] usuras, vel non teneantur, *n.* 115. & duobus [illegible]

§. IV. *De quibusdam exceptionibus, quas usurarij ponere possunt, vel solent contra peractam restitutionem usurarum.*

Quær. I. An usuræ injustè acceptæ restituendæ sint ab usurario, si hic excipiat, quòd illæ tunc, dum sine fraude sint remissæ à mutuatario? Resp. [illegible] dam esse talem remissionem, adeòque nullam esse obligatio restituendi usuras, *n.* 118. Qu. 2. An [illegible] debitorem petentem restitutionem usurarum [illegible] possit, quòd juramento promiserit, se solutur[illegible] suras, vel solutas non repeturum? Resp. non [illegible] stante tali juramento, potest compelli usurarius, [illegible] vel remittat juramentum, si nondum solutæ [illegible] suræ, vel ut solutas restituat, *c. Tua. 13. h. t. n.* 119. idque declaratur, *n.* 120. Qu. 3. An is, à quo petuntur usuræ, possit objicere, ipsum quoque à [illegible] vel ab alijs usuras accepisse, eâsque non restituisse? Resp. usurarius repetens usuras, quas ab eo usurarius extorsit, non auditur, si priùs ipse non restituat eas, quas ab alijs accepit, quia fructu invocat legis auxilium, qui peccat in legem, *c. Quæ fraudes. 14. h. t. n.* 121. idq; declaratur, *n.* 122. *& tribus seqq.* Qui usuras à se, vel suo patre extortas petit sibi restitui, [illegible] auditur, si ipse non restituat, quas ipse, vel pater [illegible] extorsit, si & ipse sit hæres, *c. Mulieri. 17. h. t.* idque declaratur, *n.* 126. Qu. 4. An [illegible] super usuris restituendis possit appellare, [illegible] illas restituere? Resp. si manifestus usurarius [illegible] pellet ad effugiendam restitutionem usurarum, [illegible] est audiendus, *c. Quam perniciosum. 11. h. t.*

§. V. *Aliæ duæ quæstiones circa restitutionem usurarum proponuntur, & resolvuntur.*

Quær. I. Quænam in particulari restitui [illegible] ab usurario? Resp. hæc enumerantur in spe[illegible] 128. Qu. 2. An, & quæ ab usurario accepta [illegible] gratuito, vel oneroso, restitui debeant? Resp. [illegible] mò, si usurarius non sit solvendo, accepta ab [illegible] ultimam voluntatem, debent restitui creditori, *n.* 129. Secundò, si quis rem titulo, sive lucrativo, sive oneroso acquisivit ab usurario, quamdiu [illegible] specie, restitui debet, ad quemcunque pos[illegible] devenerit, *n.* 130. Tertiò, si usurarius res, [illegible] dominium habet, alienavit, ita tamen ut non [illegible] ctus impotentior ad restituendas usuras, non [illegible] illæ ab accipiente restitui, *n.* 131. Quarò, [illegible] piens quocunque titulo res ab usurario, proba[illegible] ignoravit, ipsum per talem alienationem [illegible] potentem ad restituendas usuras, non teneri [illegible] restituere, *n.* 132.

§. VI. *De usura mentali, & obligatione restituendi ei annexa.*

Quær. I. Quæ intentio lucri accipiendi [illegible] tem ex mutuo constituat usuram mentalem, [illegible] obligatione restituendi? Resp. primò, non [illegible] rarium intendere ex mutuo etiam principaliter [illegible] crum aliquod, quod ex gratitudine, ac liberalitate [illegible] mutuatarij provenit, *n.* 133. Resp. secundò, non [illegible] cet etiam sine pacto externo, intendere lucrum [illegible] pra sortem, quod detur tanquam pretium, & ob [illegible] ligatione justitiæ in recompensationem mutuo [illegible] per talem intentionem mutuans fit usurarius [illegible]

talis, etsi minùs principaliter id intendat, *num.* 134. Qu. 2. An usurarius mentalis teneatur ad restitutionem? Resp. quatuor modis potest mutuator aliquid accipere supra sortem à mutuatario. Primò, si mutuatarius ex gratitudine, & mera liberalitate, aliquid ultra sortem det, & mutuans id accipiat, ut gratis, ac liberaliter datum, & tunc nulla committitur usura, nec ulla obligatio restituendi oritur. Secundus modus est, si mutuator intendat aliquid accipere, tanquam pretium mutui, & mutuatarius etiam det, tanquam debitum, ratione mutui: & tunc ex parte mutuantis intervenit usura, & is tenetur ad restitutionem, *n.* 135. Quare usurarius mentalis ille est, qui sine pacto, sed eo animo mutuat, ut ultra sortem aliquid recipiat, aliàs non mutuaturus: & hic in conscientia tenetur restituere, si quid accepit. Idémque est de non dante parabolam juramenti, nisi aliquid inde recipiat, & de vendente rem plus, quàm valet, ob dilatam in longum tempus pretij solutionem, *c. Consuluit, 10. h. t. n. 136.* Idque declaratur, *n.* 137. Tertius modus mutuandi est, si mutuatarius det lucrum ultra sortem, ut pretium ex mutuo debitum, sed mutuans bonâ fide illud accepit, ut datum gratis, ac merè liberaliter: & quomodo tunc restitutio facienda sit, vel non? *n.* 138. Quartus modus mutuandi est, si vice versâ mutuatarius aliquid supra sortem det gratis, & liberaliter, sed mutuator id ignorans accipiat intentione usuratiâ, tanquam datum ex obligatione, ratione mutui, sine pacto tamen, de quo *n.* 139. Respondetur ad objectiones, *num.* 140.

SECTIO VI. *De Judice criminis usuræ, & probatione ejusdem, ac pœnis usurariorum.*

§. I. *Quis sit Judex competens in crimine usuræ, & quomodo probetur quis esse usurarius manifestus?*

Circa priorem quæstionem tres sunt sententiæ, *n.* 141. Verior est autem sententia, quòd usura sit crimen mixti fori, ita ut non solùm in quæstione facti, sed etiam juris, de hoc crimine cognoscere possit Judex Ecclesiasticus, & secularis inter laicos sibi subditos, *n.* 142. Quinam dicuntur manifesti usurarij, *n.* 143. Quibus modis probari quis possit esse usurarius manifestus? Primò, per evidentiam facti. Secundò, per confessionem propriam in Judicio. Tertiò, per idoneos testes. Quartò, per famam, & communem opinionem, *num.* 144. Quintò, per conjecturas, & indicia aperta, & evidentia. Unde Ordinarius loci potest procedere contra usurarios manifestos ex alijs argumentis, & indicijs evidentibus, eósque punire, si nullus alius adest accusator, *c. Cùm in Diœcesi. 15. h. t. n.* 145. declaratur *n.* 146. Probari etiam quis potest usurarius manifestus ex libris Rationum. Unde fœneratores, quando agitur de causa usuraria, per censuram Ecclesiasticam cogi possunt libros Rationum producere, *Clem. unic. §. Cæterùm. h. t. n.* 147.

§. II. *De pœnis Jure statutis in usurarios manifestos.*

Prima pœna est, quòd manifesti usurarij ipsojure sunt infames, *n.* 148. Secunda pœna est, ut si sit Clericus, & monitus non desistat, ab officio, & beneficio sit suspendendus, *c. Præterea. 7. h. t. n.* 149. Declaratur, *n.* 150. Tertia pœna est usurarij manifesti, si laici sint, excommunicati debent, donec debitè satisfaciant, *cit. c. Præterea. 7. h. t. n.* 151. Quarta pœna est, quòd usurarij manifesti non admittuntur ad Communionem Altaris, id est, ad perceptionem Evchariſtiæ, *c. 3. h. t. n.* 152. Quinta pœna est, ne oblationes usurariorum recipiantur ab Ecclesia, *cit. c. 3. h. t. n.* 153. Sexta pœna est, ut si usurarij in eo peccato decesserint, Christianâ careant sepulturâ, *cit. c. 3. h. t. n.* 154. Usurarius non est sepeliendus in loco sacro, etsi hæres velit restituere usuras acceptas, vel de ijs restituendis cavere, *n.* 155. Licèt usurarij manifesti mandèt in ultima voluntate, ut usuræ ab eis acceptæ restituantur, non tamen conceditur eis sepultura Ecclesiastica, donec satisfactum fuerit, vel nisi dent cautionem de restitutione facienda: qui autem tales in Ecclesia sepelire præsumunt, pœnas suspensionis, & excommunicationis incurrunt, *c. 2. h. t. in 6. n.* 156. declaratur *n.* 157. Septima pœna est, ut nullus intersit testamentis manifestorum usurariorum. Item ut nullus eos ad confessionem admittat, nec absolvat, nisi de usuris satisfecerint, vel de satisfaciendo caverint, *cit. c. 2. §. Nullus. h. t. in 6. n.* 159. Octava pœna est, testamentum quoque manifestorum usurariorum non valet, nisi factâ satisfactione, vel præstitâ de ea cautione, *cit. c. 2. §. fin. h. t. in 6. n.* 160.

§. III. *Proponuntur plures quæstiones circa Testamenta facta ab usurarijs manifestis, & resolvuntur.*

Quær. I. An non tantùm testamentum solemne, sed etiam aliæ ultimæ voluntates usurariorum manifestorum sint irritæ, ut Codicillus, vel legatum, vel donatio causâ mortis, si non restituerint usuras, vel de ijs restituendis, non idoneè caverint? Resp. affirmativè, *n.* 161. Qu. 2. An si manifestus usurarius, post conditum testamentum, iterum occultè exerceat usuras, testamentum ejus valeat? Resp. aliqui negant valere, alij verò affirmant, si pœnitentia, & cautio ficta non fuit, sed sincerè, & animo restituendi præstita fuit cautio, *n.* 162. Qu. 3. An si usurarius, post testamentum conditum, ante mortem usuras restituat, vel cautionem de ijs restituendis præstet, testamentum convalescat? Resp. affirmativè, *n.* 163. Nec obstant Regulæ Juris, quæ enumerantur, *n.* 164. Qu. 4. An si quis ante, vel post conditum testamentum, usuras exercuit, sed postea desinat eas exercere, non tamen restituat, nec cautionem præstitit de restituendo, ante mortem, testamentum ejus sit invalidum? Resp. affirmativè, *n.* 165. Qu. 5. An testamentum usurarij sit validum, qui primùm post mortem probatur publicè exercuisse usuras? Resp. probabile est esse validum, *n.* 166. Qu. 6. An testamenta Judæorum, qui sunt notorij usurarij, sint nulla? Resp. probabilius est, esse invalida, si sine cautione præstita de restituendis usuris, sint condita, *n.* 167.

§. IV. *De alijs quibusdam pœnis usurariorum, iisque faventium.*

Præcipitur omnibus dominis Terrarum, & Universitatibus, ne permittant alienigenas in Terris suis conducere domos ad exercendas usuras, vel conductas habere, & ne quis eis ad hoc domos locet. Qui contrà fecerint, si sint Ecclesiastici majores, ut Episcopi, suspensionis: si verò sint minores personæ singulares, excommunicationis, si Collegium, vel Uni-

Universitas, interdicti sententiam, ipso facto, incurrant: & si per mensem in ea perstiterint, ipsorum Terræ sunt interdictæ, dum ibi ijdem usurarij habitant. Si verò sint laici, compellantur per Censuram Ecclesiasticam ab Ordinario ab hujusmodi excessu cessare, *c. 1. h. t. in 6. n. 168.* declaratur, *n. 169.* Præterea Officiales Communitatum facientes, aut dictantes, vel scribentes Statuta super usuris solvendis, non repetendis, vel non restituendis, vel judicantes secundùm illa: vel non delentes illa, si possunt intra tres menses, de libris Communitatum, vel illa servantes sunt excommunicati, *Clem. Ex gravi. unic. h. t. in princ. n. 170.* Quinam hanc pœnam excommunicationis non incurrant, *n. 171.* Usurarij, præter prædictas pœnas, etiam alijs pœnis arbitrarijs, & extraordinarijs puniri possunt à Judice Ecclesiastico & seculari, *n. 172.* Denique si mutuo, vel alteri contractui per se licito adjectum sit pactum usurarium, non totus contractus vitiatur, sed solum pactum, & pro non adjecto habetur, *n. eod.*

## *SERIES CAPITULORUM.*


In Antiquis.

*c. 1. n. 85. 86. 87. & 89.*
*c. 2. n. 86. & seq.*
*c. 3. n. 152. & duobus seqq.*
*c. 4. n. 14. & duobus seqq.*
*c. 5. n. 101. & pluribus seqq.*
*c. 6. n. 60. & duobus seqq.*
*c. 7. n. 149. & duobus seqq.*
*c. 8. n. 90.*
*c. 9. n. 109. & duobus seqq.*
*c. 10. n. 61. 136. & 137.*
*c. 11. n. 127.*
*c. 12. n. 107.*
*c. 13. n. 119 & seq.*
*c. 14. num. 121. & tribus seqq.*
*c. 15. n. 145. & seq.*
*c. 16. num. 94. & tribus seqq.*
*c. 17. n. 125.*
*c. 18. n. 108.*
*c. 19. & ult. in princ. n. 47. & seq. §. Ille quoque, n. 62. & §. fin. n. 63.*

In Sexto.

*c. 1. n. 168. & seq.*
*c. 2. & ult. in princ. n 156. & duobus seqq. §. Nullus. n. 159. & §. fin. n. 160. & seq.*

In Clementinis.

*Clement. unic. in princ. n. 170. §. Cæterùm. n. 147. & §. fin. n. 6.*


# *TITULUS XX.*

# DE CRIMINE FALSI.

## §. I. *De crimine falsi in genere.*

Quær. I. Quid sit falsum, & quot modis committatur? Resp. falsum, seu falsitas in genere est veritatis immutatio. Ad crimen autem falsi tria requiruntur. Primò, ut pervertatur veritas. Secundò, ut id fiat dolo malo. Tertiò, ut fiat cum damno alterius. Committitur autem falsitas principaliter quatuor modis, dicto seu verbo, scripto seu scripturâ, re seu facto, usu vel abusu, *n. 1.* Qu. 2. Quæ sit pœna falsi? Resp. hodie est arbitraria: & crimen falsi committens in Judicio perdit causam, *n. 2.*

## §. II. *De crimine falsi, quod committitur circa testes.*

Quær. I. Quando crimen falsi committitur circa testes? Resp. testis, qui falsum testimonium sciens, & dolo malo dicit, crimen falsi committit. Est autem hoc crimen falsi testimonij detestabile, quia testis falsus tribus personis est obnoxius, DEO, Judici, & innocenti, *c. 1. h. t.* ubi additur, quòd non soiùm testis falsus est, qui mendacium dicit, etiam, qui veritatem occultat, *n. 3.* Quando [illegible] cie testis falsus teneatur de falso, *n. 4.* Qu. 4. [illegible] sit pœna testis falsum deponentis in Judicio de [illegible] Canonico, *n. 5.* Quando hæc pœna ordinaria [illegible] falsi non habeat locum, *n. 6.* An Clericus, qui [illegible] falsum testimonium coram Judice seculari, possit [illegible] eo puniri, *n. 7.* An etiam pœnâ falsi [illegible] qui pro testimonio dicendo contra [illegible] niam accepit, etsi verum dixit: & quando [illegible] Advocatus ut falsarius punitipossit, *n. 8.*

## §. III. *Quibus modis falsantur Responsa scripta aut Litteræ Apostolicæ?*

Novem modi, ex quibus cognosci potest [illegible] in Litteris Papalibus, recensentur in *c. Licet [illegible] n. 9.* Existens in Curia non debet Litteras [illegible] licas recipere, nisi de manu Papæ, vel ejus Offici- um ad id deputatorum, nisi sint personæ [illegible] ctoritatis, ut deceat, nuncium ad Cancellariam Pa- pæ, vel ad Papam mittere, qui illas recipiat. Qui contrà fecerit, si est laicus, est excommunicatus, [illegible] Clericus, est suspendendus ab officio, & beneficio, *c. Dura. 4. h. t. num. 10. & 11.* Item habens Litteras falsas Apostolicas, si eas intra XX. dies non rulerit, vel destruat, est excommunicatus, & à solo Papa solvi potest, *tit. c. Dura. §. Adijciemus. h. t. n. 12. & seq.* Alius casus falsandi Litteras Apostolicas est, si in illis Papa Episcopum vocet dilectum filium, & fratrem, vel quando uni scribit in plurali numero, falsitas autem Litterarum cognoscitur in Bulla, in charta, & stylo, *c. Quàm gravi. 6. h. t. n. 14. & 15.*

## §. IV. *An Litteræ Papales, ob rasuram aliquam in eis factam, possint argui falsitatis?*

Assertio I. Si rasura etiam modica in [illegible] ptis Apostolicis, facta sit in loco suspecto, vitiantur Litteræ redduntur falsæ, *n. 16.* Assert. 2. Si rasura modica, seu parvarum litterarum, in Litteris [illegible] libus facta in loco non suspecto, ea non reddit [illegible] tales Litteras. Si adversa pars obligavit se, stan- culo causæ, probare tales Litteras esse falsas, & [illegible] tùm ostendit hanc rasuram, nil probat, & [illegible] perdit, cui liberè renunciavit, *c. ult. h. t. n. 17.* [illegible] tres casus sunt distinguendi, *n. 18.* quæ tamen [illegible] cedunt, si Litteræ Apostolicæ reddita sint [illegible] cus si clausæ, *n. 19.* Sententia lata, auctoritate [illegible] sarum Litterarum Apostolicarum, non est exe- ni mandanda. Et quando Ordinarius loci videt [illegible] scriptum Papæ esse arguendum falsitatis, non [illegible] ei adhibere fidem, nec observare, quod per [illegible] mandatur, sed detineri debet, qui Rescriptum [illegible] sentavit, *c. 2. h. t. n. 20. & 21.*

## §. V. *De pœnis Jure statutis in falsantes Litteras aut Bullas Apostolicas.*

Quær. I. Quas pœnas incurrant falsantes Litte- ras Papales, vel qui ijsdem utuntur? Resp. qui [illegible] se, vel per alios Litteras Apostolicas falsant, [illegible] communicati, & fautores eorum; & si sunt Cleri- officijs & beneficijs sunt perpetuò privati, & [illegible] dandi, ac tradendi Curiæ seculari, per quam [illegible] antur ut laici falsarij. Qui verò falsis Litteris [illegible] tur, si Clericus est, officio & beneficio est privan- si laicus, excommunicatus est, donec satisfaci- démque est de ijs, qui falsas Litteras impetra- *Ad falsariorum. 7. h. t. n. 22.* declaratur, & explica- [illegible] n. 23.

*num.* 23. *& 6. seqq.* Quær. 2. Quæ pœna statuta sit in falsarios Litterarum Apostolicarum in Bulla Cœnæ Domini? Resp. Pœna excommunicationis, *num.* 30. Quænam notanda sunt circa hanc excommunicationem, *n.* 31. *& 2. seqq.*

§. VI. *An in dubio præsumendum sit, falsitatem esse commissam in Litteris impetratis à Sede Apostolica?*

Resp. Si quis impetravit Litteras Apostolicas habentes formam de simplici justitia, & in illis falsitas deprehendatur, non debet præsumi, quòd illas falsaverit, nec ideo puniri, quòd cognitâ falsitate iis uti destiterit, *c. Accedens. 8. h. t. num.* 34. declaratur *num.* 35.

§. VII. *De falsitatibus, quæ committuntur in aliis instrumentis, seu Litteris, & de pœnis falsantium sigillum Principis.*

Plures modi recensentur, quibus committitur crimen falsi circa instrumenta, seu Litteras, sive publicas, sive privatas, *n.* 36. *&* 37. Pœna autem Clerici falsantis sigillum Principis est, ut degradetur, & imprimatur character, seu signum, quo ab aliis discernatur: & in exilium, extra Provinciam, mittatur, *c. 3. h. t. n.* 38. declaratur *n.* 39.

§. VIII. *De falsatione monetæ, & aliis modis, quibus crimen falsi in aliis rebus committitur.*

Quær. 1. Quomodo, sive quibus modis falsetur moneta? Resp. Falsam monetam cudere dicitur ille, qui privatâ auctoritate, sine concessione Imperatoris, seu supremi Principis, monetam cudit, etsi aliàs probam, vel si adulterini nummi cudantur, *n.* 40. Quær. 2. Quæ pœnæ Jure sint statutæ in falsarios monetæ? Resp. Cudens falsam monetam igne comburendus est, & omnia ejus bona fisco addicuntur. Secundò, quæ sit pœna ejus, qui radit monetam, vel tingit. Tertiò, qui propriâ auctoritate cudit monetam, etsi justi ponderis, & materiæ, eâdem pœnâ plectendus est, quâ adulterinam monetam cudens. Quartò, qui monetam falsam sciens expendit, incidit in pœnam ordinariam falsi, *n.* 41. Qui monetam in Regno Franciæ, & locis vicinis falsificant in ære, vel pondere, vel figura, vel falsas monetas scienter introducunt, sententiam excommunicationis Papæ reservatam incurrunt, *Extravag. unic. Ioann. XXII. h. t. n.* 42. Quæ sint pœnæ Alchimistarum, qui faciunt, vel fieri procurant fictum aurum, vel argentum, *Extravag. unic. h. t. Inter Communes n.* 43. Ad quam restitutionem teneantur, qui falsam monetam cudunt, *n.* 44. Quibus modis committitur crimen falsi in aliis rebus, *n.* 45.

## *SERIES CAPITULORUM.*

### In Antiquis.

*c.* 1. *n.* 3.
*c.* 2. *n.* 20.
*c.* 3. *n.* 38. *& seq.*
*c.* 4. *in princ. num.* 10. §. *Adjicientes. nu.* 12. *& 13.*
*c.* 5. *n.* 9.
*c.* 6. *n.* 14. *& seq.*
*c.* 7. *n.* 22.
*c.* 8. *n.* 34.
*c.* 9. *& ult. num.* 17. *& seq.*

### In Extravagant. Joann. XXII.

*Extrav. unic. n.* 42.
*In Extrav. Communibus. Extrav. unic. n.* 43.

# *TITULUS XXI.*

## DE SORTILEGIIS.

§. I. *An & quibus casibus sint licita sortilegia, vel illicita?*

Quæ sint, & dicantur propriè sortilegia, seu sortes. Eæ sunt triplices, divinatoriæ, consultoriæ, ac divinatoriæ, *n.* 1. Quær. 1. An liceat uti sortilegiis, seu sortibus divinatoriis? Resp. Illas esse superstitiosas, & illicitas, ideóque prohibitas Jure Canonico sub gravibus pœnis. Unde in *c.* 1. *h. t.* prohibentur sortilegia pro furtis inveniendis, vel divinationibus faciendis, sub pœnitentia 40. dierum, *n.* 2. *& seq.* Quær. 2. An licitum sit uti sortibus consultoriis? Resp. Eas esse quandoque licitas, *n.* 4. Quær. 3. An sit licitum uti sortibus divisoriis? Resp. Per se, & suâpte naturâ, non sunt illicitæ, sed licitæ, si ob necessitatem, vel utilitatem, aut justam causam fiant, *n.* 5. In quibus casibus in specie sortes hujusmodi sunt licitæ, & approbatæ, *cit. num.* 5. *& 6.* Peraccidens tamen, & ob extrinsecas circumstantias adjunctas aliquando sunt illicitæ, & in quibus casibus in specie, *num.* 7.

§. II. *An sit licitus usus sortium ad Prælaturas, & alia beneficia Ecclesiastica?*

Resp. negativè. Unde in *c.* 3. *h. t.* prohibetur, ne Episcopus per sortes eligatur, *num.* 8. *&* 9. Non potest etiam alterutrius electio per sortes dirimi, si duo pari suffragiorum numero ad beneficium aliquod sint electi, *n.* 10. Sortes divisoriæ non sunt prohibitæ in electionibus ad dignitates, & Officia secularia, & temporalia, *n.* 11. Sed neque in electionibus Ecclesiasticis est prohibitum sortibus divisoriis uti jure naturali, sed solo Jure Ecclesiastico, *n.* 12. Imò etiam electio ad officia, & beneficia non est irrita ipso jure, etsi possit irritari, *cit. num.* 12. *&* 13. An licitum sit uti sortibus divisoriis ad decidendas lites, non solùm inter laicos, sed etiam Clericos, *num.* 14.

§. III. *De pœnis sortilegorum, & de Iudice competente criminis sortilegii.*

Quær. 1. Quæ pœnæ Jure Canonico, & Civili statutæ sint in exercentes sortilegia, & divinationes? Resp. primò, si quis Sacerdos, vel alius Clericus per inspectionem astrolabii furta requirit, etsi bono zelo, & ex simplicitate, suspendi debet ad tempus à Divinis, & ab Altaris ministerio, *c.* 2. *h. t. n.* 15. *&* 16. Quæ sit pœna sortilegii, *n.* 17. *&* 18. Quær. 2. Quis sit Judex competens hujus criminis? Resp. Judex Ecclesiasticus, videlicet Episcopus, non tantùm quoad personas Ecclesiasticas, sed etiam laicos: non est tamen crimen meræ Ecclesiasticum, sed mixti fori, adeóque de eo cognoscere potest etiam Judex secularis inter laicos, *n.* 19.

## *SERIES CAPITULORUM.*

### In Antiquis.

*c.* 1. *n.* 2.
*c.* 2. *n.* 15.
*c.* 3. *& ult. n.* 8. *& pluribus seqq.*

# *TITULUS XXII.*

## DE COLLUSIONE DETEGENDA.

Quær. 1. Quid sit collusio, & in quibus casibus com-

committatur? Resp. Collusio est inter actorem, & reum occulta, & fraudulenta conventio, per quam aliquando delicta manent impunita, vel etiam committuntur, *n.* 1. Quær. 2. Quid faciendum sit Judici, si actor, vel accusator, & reus in judicio inter se colludant? Resp. Si accusator desistat ab accusatione, potest Judex, imò debet ex Officio inquirere, an per collusionem desiterit, nec nè, *c.* 1. *h. t. n.* 2. Secundò, crimina semel audita non debent manere indiscussa, etiamsi accusatus cum accusatore in gratiam redierit, & à Judice puniri possunt, *c.* 2. *n.* 3. *h. t.* Tertiò, si reus absolutus sit per collusionem à criminibus, de quibus fuit accusatus, potest, si de hoc constiterit, de novo inquiri, & is accusari, *c.* 4. *h. t. n.* 4. *& seq.* Quær. 3. Quæ sit pœna Clericorum colludentium in causa beneficiali? Resp. Clerici, qui collusionem faciunt in causa beneficiali, ut si Beneficiarius patiatur se molestari ab alio, & postea quasi transegerit, actor cedat liti, & reus det illi pensionem cum futura successione, beneficiis privari debent, *n.* 6. *&* 7.

*SERIES CAPITVLORVM.*

In Antiquis.

*c.* 1. *n.* 2. *c.* 3. *n.* 6. *& seq.*
*c.* 2. *n.* 3. *c.* 4. *& ult. n.* 4.

## *TITVLVS XXIII.*

## DE DELICTIS PUERORUM.

Quær. 1. An, & quomodo puniantur delicta puerorum? Resp. Infantes, qui necdum septimum ætatis annum excesserunt, excusantur à delictis, eorúmque pœnis, *n.* 1. Pueri verò, sive impuberes doli capaces puniuntur quidem ob delicta, ut furta, mendacia &c. sed mitiùs, *c.* 1. *h. t. n.* 2. *& seq.* Imò etiam puberes, sed minores XXV. annis mitiùs puniuntur, etiam in delictis gravibus, quàm pœnâ ordinariâ, *n.* 4. Quær. 2. An pater teneatur ex delicto filii impuberis? Resp. Pueri non debent ita severè puniri, sicut illi, qui sunt majoris ætatis, sive puberes, nec ob delictum filii impuberis pater debet puniri in pecunia, non obstante consuetudine loci, *c.* 2. *h. t. n.* 5. *&* 6. An per statutum, vel consuetudinem imponi possit ob homicidium, vel similia delicta tantùm pœna pecuniaria, *n.* 7.

*SERIES CAPITVLORVM.*

In Antiquis.

*c.* 1. *n.* 2. *&* 3. *c.* 2. *n.* 5. *&* 7.

## *TITVLVS XXIV.*

## DE CLERICO VENATORE.

Quær. 1. An, & sub quibus pœnis venatio, seu captio ferarum Clericis sit prohibita? Resp. Ea est prohibita personis Ecclesiasticis sub pœna suspensionis à communione, *c.* 1. *&* 2. *h. t. n.* 1. *&* 2. Non est autem prohibita Clericis venatio, si moderata sit, & non nimis frequens, etiam cum laqueis, & retibus, si fiat causâ necessitatis, vel utilitatis, vel sanitatis, & corporalis exercitii, vel etiam honestæ recreationis causâ, *num.* 3. *&* 4. Quær. 2. An etiam piscatio sit prohibita Clericis? Resp. Ea est permissam Clericis, *n.* 5.

*SERIES CAPITVLORVM.*

In Antiquis.

*c.* 1. *n.* 1. *&* 3. *c.* 2. *n.* 1

## *TITVLVS XXV.*

## DE CLERICO PERCUSSORE.

Quær. 1. An liceat Prælatis Ecclesiasticis punire Clericos subditos? Resp. Episcopi Clericos delinquentes constitutos in minoribus Ordinibus etiam pro levibus culpis, in Majoribus verò in gravioribus criminibus, verberibus possunt punire, non quidem manibus propriis, sed per alium Clericum. Prælati verò inferiores Episcopo eximuntur levibus culpis possunt verberare suos subditos, quos res, per se vel per alium Clericum, *n.* 1. Quær. 2. Quæ sit pœna Clerici alium etiam laicum percutientis? Resp. Clericus maxime in sacris, si percussor, & monitus non desistat, est deponendus, *c.* 1. *h. t. num.* 2. Præterea prohibetur Episcopus, ne enormiter alios cædi faciant, nisi quin ordines ministrent, *c.* 2. *h. t. num.* 3. *&* 4. Quær. 3. An puniendus sit Clericus stans in pugna, seu conflictu, ex parte defendentium, si ipse non percussit, vellatit? Resp. Si quidem conflictu ab aliis aliqui sunt interfecti, tunc Clericus per biennium suspenditur à celebratione Missarum, *c.* 3. *h. t. n.* 5. Respondetur ad obiectionem, *num.* 6. Clericus præsens in conflictu, in quo aliqui sunt occisi, sed sine ejus facto, vel consilio, potest ulteriùs ordinari, sed in Subdiaconatu manere tùm, *c.* 4. *& ult. h. t. n.* 7. *&* 8.

*SERIES CAPITVLORVM.*

In Antiquis.

*c.* 1. *n.* 2. *c.* 3. *n.* 5. *&* 6.
*c.* 2. *n.* 3. *c.* 4. *& ult. n.* 7. *&* 8.

## *TITVLVS XXVI.*

## DE MALEDICIS.

§. I. *De maledicis, & maledictis in Papam, Imperatorem, eorúmque parentes.*

Quær. 1. Quid sit maledictum, sive maledictio? Resp. Hic accipitur maledictio pro convitio, quando affirmatur de aliquo malum aliquod, v. g. quòd sit fur, *n.* 1. Quær. 2. Quæ sit pœna maledicentis Papæ? Resp. Maledicens Papæ hic est puniendus, ne deinceps contra Romanam Ecclesiam loquatur, & ut alii deterreantur, *c.* 1. *h. t. n.* 2. *&* 3. An à maledicente injuria sibi illata sit remittenda, *n.* 4. Clericus maledicens Papæ Judicis arbitrio puniendus, *n.* 5. Prælatus Papâ inferior, si ipsi illata contingat Ecclesiam suam, potest eum punire, & excommunicare, *cit. n.* 5. Quæ pœnâ afficiendus sit maledicens Imperatori, alii Principi supremo? Resp. Puniendus est pro arbitrio ipsius Principis, & quidem graviter, *n.* 6.

* * *

§. II.

§. II. *De maledictione, seu blasphemia in Deum, & Sanctos, eorúmque pœnis.*

Quær. 1. Quid sit blasphemia? Resp. Est negare aliquid Deo, quod ei convenit, vel aliquid de Deo asserere quod ei non convenit, *num.* 7. Quær. 2. Quæ pœnæ Jure Canonico sint statutæ in blasphemantes Deum, & Sanctos? Resp. Olim in Veteri Lege erat pœna mortis. Nunc Jure Canonico Clerici ob hoc crimen deponendi sunt ab Ordine, & Officio Clericali; laici verò excommunicandi, *num.* 8. Quæ pœna sit noviore Jure Canonico statuta in blasphemantes Deum, vel aliquem Sanctum, decernitur in *c.* 2. *h. t. cit. n.* 8. declaratur *n.* 9. 10. *&* 11. Aliæ præterea pœnæ statutæ sunt, tum in Clericos, tum in laicos blasphemantes in Concilio Lateranensi *Sess.* 9. sub Leone X. *n.* 11. Quær. 3. Quæ sit pœna blasphemiæ de Jure Civili? Resp. Est pœna mortis, si quis ex consuetudine blasphemet, & in hoc sit incorrigibilis, *n.* 12. Blasphemus etiam à testimonio ferendo repellitur, *n.* 13. Quær. 4. Quis sit Judex competens in hoc crimine? Resp. Est crimen mixti fori, adeóque punire potest Judex Ecclesiasticus etiam laicum, & secularis, *n.* 14.

*SERIES CAPITVLORVM.*

In Antiquis. *c.* 1. *n.* 2. *& tribus seqq.*

*c.* 2. *& ult. num.* 8. *& tribus seqq.*

## *TITVLVS XXVII.*

## DE CLERICO EXCOMMUNICATO, depositO, vel interdicto ministrante.

§. I. *Quæ sit pœna Clerici depositi ministrantis, vel exercentis actum Ordinis, vel Officii sibi prohibiti: & quæ sit pœna Clerici excommunicati, vel suspensi, vel interdicti celebrantis Divina Officia?*

Assertio I. Clericus depositus, sive perpetuò remotus ab Ordinibus, & gradibus Ecclesiasticis propter crimen, si celebret, vel actum Ordinis aut Officii, à quo est depositus, exerceat, excommunicari debet, *c.* 1. *h. t. n.* 1. *&* 2. Similiter Presbyter, vel alius Clericus degradatus, vel ab Officio depositus, si per contemptum præsumat ministrare in actu sibi prohibito, & monitus ab Episcopo non desistat, excommunicari debet, & qui cum eo communicaverit, est excommunicatus. Quòd si adhuc persistat in eodem, per Potestatem secularem, ad requisitionem Ecclesiæ, exilio damnetur, *c.* 2. *h. t. num.* 3. Ass. 2. Clerici excommunicati, suspensi, vel interdicti celebrantes Divina Officia, si moniti non desistant, sunt perpetuò deponendi, *c.* 3. *h. t. n.* 4. *&* 5. Quando multi excommunicati, interdicti, vel suspensi præsumunt celebrare Divina Officia, si non excedunt numerum XL. omnes ab Officio Sacerdotali deponuntur in perpetuum. Si verò excedant, & sit multitudo magna: tunc deponuntur in perpetuum tantùm hi, qui magis dederunt causam delicti: alii verò ad tempus, sed omnibus injungitur pœnitentia, arbitrio Episcopi, *c.* 4. *h. t. n.* 6. *&* 7. Alia pœna decreta est in excommunicatos præsumentes celebrare Divina Officia, quòd privandi sunt omnibus beneficiis Ecclesiasticis, *c.* 6. *h. t. n.* 8. *&* 9. Præsumentes celebrare Divina Officia in loco interdicto, si sunt Clerici, privandi sunt beneficiis Ecclesiasticis; si verò Monachi aut Moniales, in arctiora Monasteria ad agendam pœnitentiam sunt detrudendi, *c. Postulastis.* 7. §. *Quæsivistis. h. t. n.* 10.

§. II. *An qui dubitat se esse excommunicatum, qui per solam famam audivit, sententiam excommunicationis contra se latam esse, si postea celebret Officia Divina, incidat in pœnas Canonum contra excommunicatos celebrantes Officia Divina decretas?*

Resp. Affirmativè, spectato Juris rigore, quamvis ex misericordia Papa cum illo dispensare possit, *c. Illud.* 5. *h. t. n.* 11. declaratur *n.* 12. *&* 13.

§. III. *An excommunicatis possint conferri beneficia Ecclesiastica, & quæ pœna imponi debeat iis, qui beneficia iisdem conferunt?*

Clericis excommunicatis beneficia Ecclesiastica conferri non possunt, nec illi valent ea licitè retinere, nisi cum eis fuerit ex misericordia dispensatum, quia illa non fuerunt canonicè consecuti, *c. Postulastis.* 7. *in princ. h. t.* & collatio facta est ipso jure nulla, *n.* 14. Extenditur autem primò, quòd excommunicatis non possunt conferri beneficia, sive excommunicatio sit lata à Jure, sive ab homine, publicè, vel occultè, *n.* 15. Secundò, collatio beneficii est nulla, etiamsi excommunicatio injusta fuerit, modò validè sit lata, *n.* 16. Tertiò, etsi collatio beneficii sit facta motu proprio, *n. eod.* Quartò, quòd nec in foro conscientiæ licitè retineri possit beneficium excommunicato collatum, *n.* 17. Quintò, quòd collatio sit nulla, sive sit beneficium curatum, sive simplex, ex minoribus, vel majoribus. Idémque est de Officiis Ecclesiasticis collatis excommunicato, etiam ad tempus solùm, *n.* 18. Sextò, neque pensio Ecclesiastica spiritualis excommunicato assignari potest, *n.* 19. Septimò, etiam electio, postulatio, confirmatio, præsentatio aut nominatio ad beneficium excommunicati est irrita, *n.* 20. Limitatur autem primò, quòd excommunicatis conferri possunt beneficia, si excommunicatio fuit invalida. Secundò, si collatio beneficii absenti facta sit, ante excommunicationem, isque postea excommunicatus eam acceptet, valida est acceptatio, *n.* 21. Tertiò, quando quis excommunicatur, post collationem beneficii factam, etsi ea nondum sit executioni data, valida est collatio, *cit. n.* 21. Quartò, possessor beneficii triennalis, etsi collatio ei facta sit tempore, quo erat excommunicatus, non potest ampliùs molestari, *n.* 22. Quintò, si quis excommunicatus est post appellationem, & eâ pendente, conferatur ei beneficium, valida est collatio, *n. eod.* Sextò, valida est provisio de beneficio alicui facta à Papa, vel ejus Legato, cum clausula absolutionis à censuris ad effectum gratiæ factæ, *n. eod.* Septimò, si excommunicatus beneficii sibi ante excommunicationem collati possessionem apprehendat, valet illius adeptio, *cit. num.* 22. Pœna verò imponenda scienter conferentibus beneficia excommunicatis est suspensio à collatione beneficiorum, donec super hoc veniam consequi mereantur, *c. Postulastis.* 7. §. *Illi verò. h. t. n.* 23. *&* 24. Sed iis, qui recipiunt beneficium in excommunicatione, nulla alia pœna reperitur jure imposita, nisi quòd collatio sit nulla, *n.* 25.

§. IV. *Proponuntur, & resolvuntur aliæ nonnullæ quæstiones circa collationem beneficiorum excommunicatis factam.*

Quær. 1. An cum eo, qui in excommunicatione beneficium obtinuit, possit dispensari, & à quo? Resp. Posse dispensari, & quidem ab Episcopo, qui illud contulit, *cit. c. Postulâstis, num. 26. & 2. seqq.* Quær. 2. An collatio beneficii facta ei, qui priùs fuit excommunicatus, sed postea tempore collationis absolutus, valeat? Resp. affirmativè, juxta *c. Proposuit. 8. h. t. num. 29.* Unde semel publicè excommunicatus semper præsumitur excommunicatus, nisi probetur absolutus, *num. 30.* Collatio beneficii facta excommunicato absoluto vi Bullæ Cruciatæ, vel Jubilei, vel privilegii Apostolici, in foro conscientiæ tantùm, est ipso jure invalida quoad effectus, & pœnas fori externi, *n. 31.*

§. V. *An, & quando Clericus excommunicatus, suspensus, vel interdictus, exercens actum Ordinis sibi prohibiti, fiat irregularis, & quæ conditiones requirantur ad hanc irregularitatem incurrendam?*

Assertio I. Si existens in majore excommunicatione, scienter exerceat actum proprium, saltem Ordinis majoris ex Officio, fit irregularis, *n. 32.* Secundò, si suspensus exerceat solemniter actum proprium Ordinis majoris, à quo est suspensus, fit irregularis, *num. 33.* Tertiò, si personaliter interdictus exerceat actum Sacri Ordinis, à quo est interdictus, sive prohibitus, fit irregularis, *n. 34.* Ass. 2. Ut excommunicatus, suspensus, vel interdictus incurrat irregularitatem propter exercitium Ordinis ipsi prohibiti, duo requiruntur. Primò, ut exerceat actum proprium Ordinis sacri, sive majoris, à quo est suspensus, vel prohibitus. Secundò, ut actum Ordinis majoris proprium solemniter exerceat, ita ut secundùm jus aut consuetudinem Ecclesiæ non possit talis actus exerceri, nisi ab habentibus talem Ordinem, *num. 35. & 36.* Ubi id declaratur. Non fit irregularis, si censurâ ligatus exerceat actum aliquem jurisdictionis spiritualis fori externi, *cit. n. 36.*

§. VI. *An si Clericus censurâ ligatus exerceat actus minorum Ordinum, irregularitatem incurrat: & quando talis Clericus irregularis non fiat, etiamsi actum proprium Ordinis exerceat?*

Circa priorem quæstionem duplex est sententia. Prima est, Clericos minorum Ordinum censurâ ligatos, ministrando in aliquo ex iisdem Ordinibus, fieri irregulares, *n. 37.* Altera sententia negat eos fieri irregulares, *n. 38.* Verius est, si Clerici minores excommunicati, suspensi, vel interdicti, solemniter & ex proprio Officio, tanquam ministri ad id deputati, Ecclesiastica sua ministeria peragant, fieri irregulares, quamvis secundùm præsentem Ecclesiæ usum, rarò incurratur hæc irregularitas, quia nunc à laicis solent exerceri ministeria Clericorum in minoribus, *n. 39.* Circa posteriorem quæstionem respondetur, Clericus excommunicatus, suspensus, vel interdictus, etsi actum proprium Ordinis exerceat, non fit irregularis, si ex invincibili ignorantia id faciat; secus si ex ignorantia crassa, & culpabili, *c. Apostolicæ. 9. h. t. n. 40. & 41.* Secundò, si censurâ ligatus exerceat actum proprium Ordinis sibi prohibiti, ob vitandum grave scandalum, vel infamiam, non fit irregularis: item si Sacerdos censurâ ligatus in articulo mortis constitutum absolvat, ob defectum [illegible] Confessarii, *n. 42.* Tertiò, si censurâ ligatus [illegible] pellationem à sententia censuræ contra se [illegible] absolutionem à censura, exerceat actum [illegible] Ordinis, non fit irregularis, *n. 43.* Quæritur, si quis censurâ ligatus sit per censuram invalidè latam, num fit irregularis, exercendo actum proprium Ordinis, *num. 44.*

§. VII. *An etiam ligatus minore excommunicatione fiat irregularis, celebrando Missam, vel alios actus Ordinis exercendo?*

Excommunicatus minore excommunicatione, si celebret, peccat, sed non fit irregularis, & potest eligere ad beneficia Ecclesiastica, & exercere actus sunt jurisdictionis. Quòd si fuit [illegible] electio est irritanda, *c. ult. in princ. h. t. n. 43. & al.* Quær. 1. An electio excommunicatione minore ligati ad beneficium Ecclesiasticum sit ipso jure nulla? Resp. Non esse nullam, etsi scienter facta sit [illegible] tandam per sententiam Judicis, *n. 47. & 48.* Quær. 2. An si existens in minore excommunicatione ad beneficium eligatur ignoranter, electio debeat irritari? Resp. Probabilius est, non esse irritandam, *num. 49.* Quando actus ab ignorante gestus sit invalidus, vel irritandus aut validus? *n. 50.* Quær. 3. An [illegible] ectio ejus, qui minore excommunicatione [illegible] ligatus ad beneficia Ecclesiastica simplicia sit irritanda? Affirmant plures, sed contrarium est tutum probabile, *n. 51.*

§. VIII. *An, & quomodo peccet ligatus minore excommunicatione, conferendo, vel administrando Sacramenta?*

Resp. Etsi ligatus minore excommunicatione peccet conferendo Sacramenta, ea tamen [illegible] collata effectum habent, sive gratiam conferunt, est solùm remotus à perceptione Sacramenti, non autem à collatione eorum: dummodo non contemptum Ecclesiasticæ disciplinæ, & contra [illegible] hibitionem Ecclesiæ, communioni excommunicatorum pertinaciter se ingesserit, quo casu [illegible] communicatione est feriendus, nempe per [illegible] tiam, si commonitus non desiterit à communicatione cum excommunicatis, *cit. c. ult.* §. *Peccat autem h. t. n. 52. & 53.* Sed quomodo peccat ligatus minore excommunicatione, si Sacramenta conferat? Resp. Non peccare graviter, si talis excommunicatus Sacramenta solùm conferat, sed non recipiat; peccat tamen leviter, quia non caret aliquâ culpâ indecentiâ, quòd in excommunicatione, etsi minor, constitutus Sacramentum ministret, *n. 54.*

## SERIES CAPITVLORVM.

### In Antiquis.


*c. 1, n. 1. & 2.*
*c. 2. n. 3.*
*c. 3. n. 4. & 5.*
*c. 4. n. 6. & 7.*
*c. 5. num. 11. & duobus seqq.*
*c. 6. n. 8. & 9.*
*c. 7. in princ. num. 14. §. Quæsiviſtis. num 10. &* §. *Illi verò. num. 15. & seq.*
*c. 8. n. 29. & 30.*
*c. 9. n. 41.*
*c. 10. & ult. in princ. & 45. & duobus seqq.*
*Peccat autem. num. 52. & 54. & seq. & num. 53.*

## *TITVLVS XXVIII.*

### DE CLERICO NON ORDINATO ministrante.

Quær. 1. An irregularis fiat, & quam pœnam incurrat Clericus, qui ministrat in Ordine, quem non habet? Resp. Si Clericus ministraverit in Ordine, quem non habet, deponendus est, & abjiciendus ab Ecclesia, nec ampliùs ordinandus, *c. 1. h. t. num. 1.* Item si Diaconus Missam celebret, non potest promoveri ad Sacerdotium, ac debet suspendi à Diaconatu, quamvis cum eo in beneficio ad tempus dispensari possit, *c. 2. h. t. n. 2.* Qui ministrat in Ordine superiore, quem non habet, v. g. Diaconus in Officio Sacerdotis, abjiciendus est ex Ecclesia, adeòque excommunicandus, & fit irregularis, ut non possit unquam ad altiores Ordines promoveri, *num. 3.* Sed quæritur hîc primò, an si laicus exerceat actus Ordinis alicujus, fiat irregularis? Affirmant communiter DD. sed probabile quoque est, non fieri, quia qui ministrat in Ordine, quem non habet, est deponendus, depositio autem est propria Clericorum, & in laicis locum non habet, *num. 4.* Quær. 2. Quæ requirantur ad incurrendam irregularitatem ab eo, qui ministravit in Ordine, quem non recepit? Resp. Plura requiri, quæ enumerantur, *n. 5. & 4. seqq.* Quær. 2. Quis in hac irregularitate possit dispensare? Resp. Solus Papa potest, ut talis ad superiores Ordines ascendat, at verò ut possit exercere Ordinem jam susceptum, etiam Episcopus potest dispensare: *num. 10.* Quomodo puniendus sit, si non Sacerdos Missam celebret, vel Confessionem Sacramentalem audiat, ex Constitutione Clementis VIII. *n. 11.*

*SERIES CAPITVLORVM.*

IN ANTIQUIS.

*c. 1. n. 1. 3. 4. & 5.* *c. 2. n. 2. & 3.*

## *TITVLVS XXIX.*

### DE CLERICO PER SALTUM promoto.

Quis dicatur per saltum promotus, *n. 1.* Quær. 1. An ordinatus per saltum, ut si quis suscipiat Ordinem Diaconatûs, ante Subdiaconatum, fiat irregularis, ita ut non possit uti Ordine suscepto, nec Ordinem prætermissum suscipere, nisi cum eo dispensetur? Resp. Talis non est quidem irregularis, si non ministravit in Ordine per saltum recepto, est tamen ipso jure suspensus ab executione Ordinis sic suscepti, donec Ordo inferior omissus suppleatur. Unde qui ignoranter ex Subdiacono factus est Presbyter, omisso Diaconatu, post peractam pœnitentiam, in Diaconum ordinari debet, quia non intelligitur iteratum, quod factum esse nescitur: potest tamen postea cum illo quoad Sacerdotium dispensari, *c. unic. h. t. n. 2. & 3.* Si per saltum promotus ante absolutionem suspensionis, ministrat in Ordine sic suscepto, vel etiam in Ordine prætermisso, fit irregularis, & potest Episcopus cum eo dispensare, *n. 4.* Ordinatus per saltum est suspensus tantùm ab eo Ordine, quem per saltum suscepit, & si in eo ministravit, fit irregularis, *n. 5.* An & quatenus Episcopus cum ordinatis per saltum dispensare possit, *cit. num. 5. & 6.* Quænam præterea notanda sunt circa ordinatos per saltum, *n. 7. & 8.* Ad SS. Ordines suscipiendos non requiritur de necessitate Sacramenti usus rationis, sive anni discretionis, *n. 9.* Quær. 2. An qui Ordinem recipit, ante susceptum Sacramentum Confirmationis, fiat irregularis? Resp. negativè, *n. 10.*

*SERIES CAPITVLORVM.*

IN ANTIQUIS.

*c. unic. n. 2. & duobus seqq.*

## *TITVLVS XXX.*

### DE EO, QUI FURTIVE ORdinem suscepit.

Quis dicatur furtivè Ordines suscipere? *num. 1.* Quær. 1. Quæ sit pœna furtivè suscipientis Ordines? Resp. Qui furtivè suscepit Ordinem, si contra hoc facientes lata erat excommunicatio, non potest in sic suscepto ministrare, nec ad superiorem Ordinem ascendere, sine dispensatione Papæ: sed si excommunicatio lata non erat, Episcopus poterit dispensare, *c. 1. h. t. n. 2.* declaratur *num. 3. & 2. seqq.* Quær. 2. Quæ sit pœna ejus, qui simul, & eodem die plures Ordines recipit? Resp. primò, qui furtivè, sive ignorante Episcopo ordinante, eodem die recipit IV. minores Ordines, & Subdiaconatum, potest Episcopus permittere, ut in minoribus Ordinibus ministret. Quòd si Religionem ingressus est, potest Abbas illius dispensare cum illo quoad exercitium Ordinis Subdiaconatûs, *c. 2. h. t. n. 6. & seq.* Resp. secundò, si quis duos Ordines Sacros eodem die suscipiat, post præceptum Episcopi id sub excommunicatione prohibentis, suspensionem incurrit, ut in susceptis Ordinibus ministrare non possit, nisi cum eo dispensetur, *c. 3. h. t. n. 8. & 9.*

*SERIES CAPITVLORVM.*

IN ANTIQUIS.

*c. 1. n. 2. & tribus seqq.* *c. 2. n. 6. & seq.*
*c. 3. & ult. n. 8. & 9.*

## *TITVLVS XXXI.*

### DE EXCESSIBUS PRÆLATORUM, & Subditorum.

§. I. *Qualiter possint ac soleant Prælati Ecclesiastici excedere, seu delinquere in subditos Clericos?*

ASSERTIO I. Delinquunt imprimis Episcopi, aliique Prælati, si Clericos subditos talliis, vel exactionibus indebitis gravant, & nisi ad voluntatem suam pecuniam solvant, Divinum Officium interdicunt, vel injustè, & illicitè censuras in eos ferunt, vel aliàs viliter, & inhonestè eos tractant, ut ipsos laicis despicabiles reddant: ideòque mandatur in *c. 1. h. t.* ut Episcopi Presbyteros, & alios Clericos quasi filios, & fratres benignâ, & fraternâ charitate foveant, & tractent, *n. 1. & 2.* Ass. 2. Delinquunt etiam Episcopi, si sine legitima causa Ecclesiam alteri subjectam, ab ejus subjectione, & obsequio liberent, *c. 2. h. t. n. 3. & 4.* Ass. 3. Delinquunt etiam Episcopi, aliique Prælati, si Ecclesias, vel beneficia, quarum ordina-

ordinatio, vel collatio ad eos spectat, sibi retineant, vel sibi ipsis conferant, *c. 3. h. t. n. 5. & 6.* Assert. 4. Episcopi, aliíque Prælati delinquunt quoque, si Ecclesias, vel beneficia conferant indignis: & qui confert beneficium secundo, ante cessationem primæ collationis, privati debet pro ea vice potestate conferendi, *c. Inter. 11. h. t. n. 7. 8. & 9.* Assert. 5. Delinquunt Episcopi, aliíque Prælati, si impediant privilegia subditorum; ideóque hi non tenentur parere Superiori exigenti, vel præcipienti aliquid contra tenorem suorum privilegiorum, *c. Sanè. 5. h. t. n. 10. & 11.* Unde sententia excommunicationis lata ab Episcopo contra subditum non parentem in ijs, quæ contra privilegium sibi concessum exigebantur ab illo, non tenet, *c. Cum ad quorundam. 7. h. t. num. 12.* Assert. 6. Graviter etiam delinquit Episcopus, qui directè, vel indirectè causam præstat homicidio, eo enim commisso, fit irregularis, ita ut privari debeat Officio Pontificali & Sacerdotali, & ab Episcopatûs administratione amoveri, *c. Ex litteris. 10. h. t. n. 13.* declaratur, *n. 14. & seq.* Assert. 7. Aliud delictum Prælatorum est, si Sacerdotes sibi subjectos cogant ad revelandum peccatorem, vel peccatum auditum in Confessione Sacramentali, *c. Dilectus. 13. h. t. n. 16.* declaratur, *n. 17.*

§. II. *De quibusdam specialibus delictis Prælatorum Episcopis inferiorum.*

Quær. 1. An Prælatis Episcopo inferioribus prohibitũ sit unire Ecclesias sibi subjectas, sine consensu Episcoporum? Resp. affirmativè, nec quidem interveniente consensu Metropolitani, *c. Sicut. 8. h. t. n. 18.* declaratur, *n. 19.* Qu. 2. Quinam actus ad Episcopalem jurisdictionem spectantes prohibeantur exerceri à Prælatis inferioribus? Resp. ad dignitatem Episcopalem spectat cognoscere de causa matrimoniali, injungere publicas pœnitentias, concedere Indulgentias, & similia: unde inferior Prælatus his se intromittere non potest, nisi ex speciali jure, aut concessione ei id competat, *c. Accedentibus. 12. h. t. n. 20.* declaratur, *n. 21. & seq.* Ex consuetudine etiam legitimè præscripta possunt Prælati inferiores Episcopo acquirere facultatem concedendi Indulgentias, *n. 23.*

§. III. *De gravaminibus, quæ Prælati, aliíque Clerici interdum inferre solent Religiosis.*

Præcipitur Episcopis, aliísque Prælatis, & Rectoribus Ecclesiarum, ne gravamina inferant Religiosis, quorum 15. enumerantur in *c. Nimis. 16. h. t. n. 24.* Et præter illa prohibentur etiam alia XII. gravamina inferri FF. Prædicatoribus, & Minoribus, *c. Nimis. 17. h. t. n. 25. & 26.* Denique alia XXX. gravamina, quæ Episcopi Religiosis inferebant, enumerantur in *Clem. unic. h. t.* & prohibetur, ne eis inferant, sed ut Religiosos cum charitate foveant, & eorum privilegia servari faciant, *n. 27.*

§. IV. *De excessibus, seu delictis subditorum in Prælatos, seu Superiores suos.*

Assertio 1. Delinquunt inprimis subditi in Prælatos suos, si violent interdicta ab ijs lata, etiam Episcopi, non servando interdictum latum à Papa, *c. Tanta. 18. & ult. h. t. n. 28.* declaratur, *n. 29. & 30.* Assert. 2. Delinquunt etiam subditi Clerici, qui Episcopum, seu Prælatum suum negant esse Dominum suum: vel ad secularem Judicem in causa spirituali ipsum trahunt, vel consilium præbent Advocis ejusdem contra ipsum, deponi enim debent, *h. t. n. 31.* declaratur, *n. 32.* Assert. 3. Delinquoque subditi Clerici privati, & secularizati, qui faciunt Collegium, si sine consensu Superioris commune sigillum habeant, eóque utuntur, *c. Dilecta. 14. h. t. n. 33.* declaratur, *n. 34.* Assert. 4. Delinquunt etiam Vicarij Ecclesiarum, qui pronomen sibi usurpant, contra fidem & juramentum præstitum, si enim de hoc confessi, vel convicti fuerint, executionem sui officij admitti non debent, *c. Ad. 6. h. t. n. 35.* Præterea prohibentur adhuc alia delicta Clericorum, sub gravibus pœnis, Videlicet mò, ne de gravibus criminibus publicè [illegible] sub pœna suspensionis ab officio & beneficio [illegible] dalum sit secutum, *c. Quàm sit. 9. h. t. num. 38.* Alterum delictum est Sodomia, nam Sodomit. Clerici sint, debent deponi ab Ordine Clericali, in Monasterium detrudi ad agendum pœnitentiam, si laici, excommunicandi sunt, *c. Clerici. 4. h. t. n. 39.*

§. V. *De prohibitione factâ Religiosis mendicantibus, ut non possint nova loca acquirere ad habitandum, per antiqua alienare, vel mutare.*

Religiosi mendicantes non possunt recipere de novo domos, vel loca quæcunque, aut recepta mutare, vel alienare in alios, sine speciali licentia Pont. Non tamen prohibitum est, ut qui de licentia Superiorum voluerint agere vitam Eremiticam, seu solitariam, non possint eligere, seu acquirere, aut mutare domos in locis solitarijs, ubi non habitant seculares, *c. unic. h. t. in 6. n. 39. & 40.* Hinc post Concil. Trident. non possunt Religiosi novas erigere, sine Episcopi, in cujus Diœcesi erigendi sunt, licentiâ priùs obtentâ, *n. 41.*

## SERIES CAPITVLORVM.


In Antiquis.

*c. 1. n. 1. & 2.*
*c. 2. n. 3.*
*c. 3. n. 5.*
*c. 4. n. 38.*
*c. 5. n. 10.*
*c. 6. n. 35.*
*c. 7. n. 12.*
*c. 8. n. 18. & seq.*
*c. 9. n. 36. & seq.*
*c. 10. n. 13. & duobus seqq.*
*c. 11. n. 7. & duobus seqq.*
*c. 12. n. 20. & duobus seqq.*
*c. 13. n. 16. & seq.*
*c. 14. n. 33. & seq.*
*c. 15. n. 31. & seq.*
*c. 16. n. 24.*
*c. 17. n. 25. & seq.*
*c. 18. & ult. num. 37. duobus seqq.*

In Sexto.

*c. unic. n. 39. & seq.*

In Clementinis.

*Clement. unic. n. 27.*


## TITVLVS XXXII. DE NOVI OPERIS NUNciatione.

§. I. *De novi operis nunciatione, ejusque materia, forma, & alijs causis, ac circumstantijs.*

Quær. 1. Quid sit novi operis nunciatio? Resp. est novi operis, sive ædificij per solemnem [illegible] nunciationem prohibitio, *n. 1.* Qu. 2. In quibus rebus, sive operibus locum habeat novi operis nunciatio? Resp. in rebus Soli, seu immobilibus, [illegible] ijs operibus, quæ solo conjuncta, aut conjungi possunt, & in eo fiunt, *n. 2.* Hæc nunciatio non habet etiam locum in ædificatione novæ Ecclesiæ

nam Ecclesia ædificata in præjudicium alterius Ecclesiæ, post denunciationem novi operis, debet demoliti, ac destrui, *c. 1. h. t. n. 3. & 4.* Qu. 3. Cui jus nunciandi novum opus competat? *n. 5.* Qu. 4. Ubi & cui fieri possit nunciatio novi operis, *num. 6.* Qu 5. Quibus modis, & quando fieri possit nunciatio novi operis? *n. 7.*

§. II. *Quis sit effectus nunciationis novi operis?*

Effectus primarius est, ut quicquid ædificatum est, post nunciationem factam totum demoliri debeat, expensis ipsius ædificantis, etsi ædificatum fuit absente domino, *c. 2. h. t. n. 8. & tribus seqq.* Debet autem denunciatus, post novi operis denunciationem, ab ædificando cessare, & opus cœptum destruere, sive jure sit facta denunciatio, quia is nullum jus ædificandi habet: sive injustè, quia jus habet ad ita ædificandum, *n. 12.* Ob vitandum scandalum non sunt omittenda, quæ sine peccato mortali omitti non possunt, nec facienda, quæ sine peccato mortali committi non possunt, *c. 2. §. Super eo. h. t. n. 13. & 14.*

§. III. *Quibus casibus, & modis cesset nunciatio novi operis, ita ut vim, & effectum non habeat?*

Cessat primò, si nuncians remisit nunciationem factam ædificanti novum opus, *n. 15.* Secundò cessat, si nuncians cautionem recepit à denunciato de opere demoliendo, si constiterit ipsum jus ædificandi non habuisse, *n. 16.* Nam in optione nunciantis est, an intra tres menses de præjudicio suo velit ostendere, ut interim cessetur ab opere: an verò receptâ cautione de opere demoliendo, statim ædificare permittat, *c. 3. h. t. n. 17. & seq.* Similiter si is, qui denunciat, vult probare suum jus, is qui ædificat, etiamsi offerat cautionem de destruendo opere, exspectare debet per tres menses, & interim cessare ab ædificio, *c. 4. & ult. h. t. n. 19. & duobus seqq.* Quibus præterea modis cesset nunciatio novi operis, *n. 22. & duobus seqq.*

*SERIES CAPITULORUM.*

IN ANTIQUIS.

*c. 1. n. 3. & seq.* — *per eo. num. 13. & seq.*
*c. 2. in princ. n. 8. & tribus seqq. & num. 15. §. Su-* — *c. 3. n. 17. & seq.*
— *c. 4. & ult. n. 19.*

## *TITULUS XXXIII.*

## DE PRIVILEGIIS, ET EXCESSIBUS Privilegiatorum.

SECTIO I. *De privilegijs in communi.*

§. I. *Quid sit privilegium, & an ad illius substantiam requiratur scriptura, & quomodo à dispensatione differat?*

Privilegium accipitur vel pro instrumento, vel magis propriè pro ipso beneficio, seu gratia, quæ alicui à Principe conceditur, & in ipso instrumento continetur, *n. 1.* Assert. 1. Privilegium latè acceptum est lex privata speciale beneficium, vel favorem concedens. Strictè verò sumptum est alicujus rei, sive juris specialis, contra jus commune, ex Principis benevolentia concessio, *n. 2.* Interdum tamen à Principe conceduntur, quæ etiam à Jure communi concessa sunt, ad majorem confirmationem, & securitatem, *n. 3.* Assert. 2. Ad substantiam privilegij non requiritur, ut sit scriptum, *n. 4.* Assert. 3. Dispensatio à privilegio in communi differt tanquam species à genere, à privilegio autem contra Jus non differt dispensatio, si ea concedatur ad operandum ordinariè, & stabiliter contra aliquod Jus commune: si verò concedatur dispensatio solùm ad unum aliquem, vel alterum actum contra legem, & jus commune, v. g. ut uno vel altero die liceat carnibus vesci die prohibito, tum non est privilegium propriè dictum, per quod jus permanens conceditur, *n. 5.*

§. II. *Quotuplex sit privilegium, sive quomodo dividatur, & quis possit concedere privilegium, & quibus concedi possit?*

ASSERTIO I. Privilegium inprimis aliud est personale, quod immediatè & directè ipsi personæ conceditur, eámque sequitur, & cum ea extinguitur. Aliud est reale, quod proximè & immediatè conceditur alicui rei, loco vel muneri, ac dignitati, eique cohæret ac durat, quamdiu res durat, *n. 6.* Unde in dubio cognosci possit, an sit privilegium personale, an reale? *n. 7.* Rursum privilegium aliud est perpetuum, quod perpetuò durat, quamdiu revocatum non fuerit: aliud temporale, quod ad certum tempus, vel sub certa conditione conceditur, quâ impletâ, finitur, *n. 8.* Assert. 2. Privilegium concedere potest omnis & solus ille, qui potest legem condere, qui verò non potest, nec privilegium dare potest, *n. 9.* Assert. 3. Privilegium non solùm subditis, sed etiam alijs non subditis, sive extraneis concedi potest, *n. 10.* An per consuetudinem acquiri possit privilegium? Resp. consuetudo habet vim privilegij, ita ut derogare possit juri communi, sicut privilegium, *n. 11.* An requiratur justa causa ad concessionem privilegij? Resp. ut sit licita, necessaria est justa causa, non autem ut sit valida, *n. 12.*

§. III. *De interpretatione privilegiorum.*

Quær. I. Qualis interpretatio fieri debeat in privilegijs, stricta, an lata? Resp. primò, privilegia, quæ meræ gratiæ sunt, nec cedunt in præjudicium alterius, latè interpretari oportet, *n. 13.* Resp. secundò, privilegia, quæ derogant juri communi, regulariter strictæ interpretationis esse debent, & restringi, *n. 14.* Excipi debet, nisi privilegium derogans juri communi cedat in favorem Religionis, vel causæ piæ, vel boni publici. Secundò, nisi privilegium sit in Corpore Juris contentum, tunc enim favorabile est. Tertiò, si privilegium sit concessum, motu proprio Principis, etsi deroget Juri communi, *cit. n. 14.* Resp. tertiò, si privilegium cedat in præjudicium tertij, ejúsque juri jam acquisito deroget, strictè illud interpretari oportet, *n. 15.* Qu. 2. Quæ sint circa strictam vel latam interpretationem privilegiorum observanda? In hac re notandæ sunt seqq. regulæ. Prima est, si verba privilegij sint ambigua, vel obscura, ejus est interpretari illa, cujus est concedere privilegium. Unde privilegiorum tenor attendi debet, nec de ijs judicandum, nisi illorum tenore inspecto, & secundùm eorum tenorem, ab omnibus subditis sunt servanda, *c. Porro. 7. h. t. n. 16. & 17.* Secunda regula est, quòd privilegium non sit ita strictè interpretandum, ut reddatur inutile, & inefficax, quamvis aliàs videatur grave, & odiosum, nisi etiam sit injustum, *n. 18.* Tertia regula est, privilegium non est restringendum ultra proprietatem verborum,

borum, sed hæc in propria significatione accipienda sunt: nisi privilegium juri alieno deroget, *n.* 19.

§. IV. *De extensione privilegiorum.*

Quær. I. An privilegium uni concessum possit extendi ad alium? Resp. privilegium nunquam est extendendum ab una persona, cui concessum est, ad aliam non expressam, nec ab uno casu vel actu ad alium, *c. Sanè. 9. h. t. n.* 20. Idque extenditur primò, quòd etiam privilegium personale mariti non competit uxori regulariter, *n.* 21. Secundò, nec privilegium personale concessum patri regulariter transit ad filios, nisi quod datur patri ratione nobilitatis, *n.* 22. Tertiò, nomine filiorum in privilegijs personalibus non comprehenduntur nepotes, *n.* 23. Nec socius privilegiati gaudet privilegio socij, *num. eod.* Qu. 2. An privilegium propter similitudinem rationis, sit extendendum ad alias personas, loca, vel actus? Resp. negativè, *n.* 24. *&* 25. Qu. 3. An quando privilegium concessum ad instar alterius, vel uni concessum alteri communicatur, si illud restringatur, vel revocetur, censeatur etiam restrictum, vel revocatum privilegium, quod est ad instar concessum, *n.* 26.

SECTIO II. *De privilegijs in specie, & inprimis de privilegio exemptionis à jurisdictione Ordinarij.*

§. I. *An ex solutione annui censûs facta Papæ privilegium exemptionis ab Ordinario probetur, & quibus modis, vel verbis?*

ASSERTIO I. Ex solutione censûs facta Sedi Apostolicæ non probatur exemptio à jurisdictione Episcoporum: nisi appareat, quòd in signum immediatæ subjectionis, ac perceptæ libertatis sit solutus Sedi Apostolicæ, *c. Recepimus. 8. h. t. n.* 27. Similiter exempti à jurisdictione Episcopi non intelliguntur, qui sub protectione Papæ cum rebus suis recipiuntur, *c. Ex parte. 18. h. t. n.* 28. declaratur, *n.* 29. *&* 30. Assert. 2. Privilegium exemptionis à jurisdictione Ordinariorum non probatur, quando privilegium, sententia, aut scriptura non fiunt principaliter super exemptione, seu libertate, sed incidenter propter aliud narratur aliquam Ecclesiam, vel personam esse B. Petri, vel ad Ecclesiam Romanam pertinere. At verò probatur exemptio à potestate Ordinariorum, si in privilegio contineatur, quòd Ecclesia existat juris B. Petri, vel sit libera, vel potiatur libertate Ecclesiæ Romanæ, aut quòd ejus speciali prærogativâ gaudeat, *c. Si Papa. 10. h. t. in 6. n.* 31. *&* *duobus seqq.*

§. II. *An per privilegium concessum alicui Monasterio, ut fructus Ecclesiæ sibi subjectæ in suos usus possit convertere, Ecclesia illa censeatur eximi à jurisdictione Ordinarij?*

Resp. negativè. Unde Religiosi, quibus concessum est à Papa tale privilegium convertendi in proprios usus Ecclesias sibi subjectas, non possunt propriâ auctoritate, possessionem illarum recipere, sed à Diœcesano loci debent introduci, nisi in privilegio aliud exprimatur, *c. Pastoralis. 19. h. t. num.* 34. *&* *duobus seqq.*

§. III. *Proponuntur aliæ quædam quæstiones circa privilegia exemptionis à jurisdictione Ordinarij.*

Exemptiones aliæ sunt reales, aliæ personales, & quæ sit inter illas differentia? *n.* 37. Qu. 1. An exemptus respectu certi loci, seu rei, sit etiam exemptus respectu alterius rei, vel loci? Resp. negativè. Unde exemptus respectu Capellæ, v. g. Regiæ, est exemptus respectu Parochiæ, quam ab Ordinario habet, & sic si deliquit in Parochia, possit ab Ordinario, *c. Cùm Capella, 16. h. t. n.* 38. *&* *duobus seqq.* Qu. 2. An per exemptionem concessam Monasterio, censeantur etiam exempta Capellæ ei subjectæ, vel exempto Capite etiam membra sint exempta? Resp. negativè, & sic Abbas, cujus Monasterium est exemptum, ratione Capellarum non exemptarum debet subesse Episcopo, exhibendo illi reverentiam, venire ad Synodum Diœcesanam, item etc. quod aliquis Abbas locum habet in Synodo Provinciali, tenetur ad illam accedere, & illius Statuta etiam, *c. Ex ore. 17. h. t. n.* 41. *&* 42. Per exemptionem concessam Monasterio non censentur exempta Capellæ ei subjectæ, si tantùm quoad temporalia, vel spiritualia sint subjectæ: secùs est, si tale privilegium sit concessum Monasterio, ejusque Capellis &c. quæ utroque jure ad illud spectant; tunc enim etiam Capellæ sunt exemptæ, *c. Quoniam. 21. h. t. n.* 43. *&* *seq.* Qu. 3. An exemptâ Ecclesiâ à jurisdictione Episcopi, censeantur etiam exempti Clerici, & ministri Ecclesiæ, & vice versâ? Resp. quando eximitur Ecclesia, intelliguntur etiam exempti ejus Canonici, & Clerici, item Monachi, Conversi, & nutuò Oblati, sed non ejus Ecclesiæ Parochiani quoad pertinentia ad Parochiam, nec Parochiani: quando verò eximuntur Canonici Ecclesiæ, non eò eximuntur Ecclesia, nec alij Clerici illius. Si autem eximuntur Clerici, intelliguntur etiam exempti, non Canonici, quàm alij Clerici, sed non Ecclesia, nisi in privilegio exemptionis exprimatur, *c. Per tuam, 9. h. t. in 6. n.* 45. *&* *duobus seqq.*

§. IV. *An, & quando exempti à jurisdictione Episcopi possint coram eodem conveniri, & ab illo puniri non obstante privilegio exemptionis?*

Si Clericus exemptus, extra locum exemptionis delinquat, vel contrahat, aut alibi res sita sit, non coram locorum Ordinarijs conveniri, ratione delicti, contractûs, aut rei sitæ in loco non exempto; autem ratione domicilij, *c. 1. h. t. in 6. n.* 49. ratur, *n.* 50. *&* *duobus seqq.* Respondetur ad ctiones, *n.* 53. *&* 54. Alia declaratio, *cit. c. 1. h.* ponitur, *n.* 55. Monachi, seu Religiosi habentes vilegium, ut non possint excommunicari, vel interdici, si habitent in Prioratibus subjectis dinario locorum, ut ibi regant, vel residentes excomunicati, suspendi, vel interdici ab Ordinario dum ibi morantur, *cit. c. 1. §. In eos. h. t. in 6.* & 57. Prædictum autem privilegium non ditur ad sententias, aut censuras Ordinariorum, sic Ordinarius potest illos excommunicare, dere, & interdicere: nisi tale privilegium sit sum Regibus, Reginis, vel ipsorum filijs, aut gularibus personis, sed religioso loco, vel Ordini *Ne aliqui. 5. h. t. in 6. num.* 58. *&* 59.

§. V. *An in allegantes privilegium exemptionis à jurisdictione Ordinarij possit Ordinarius jurisdictionem exercere, donec privilegium exhibitum & probatum fuerit?*

Qui asserunt se exemptos per privilegium Apostolicæ, requisiti ab Ordinario loci, in loco gruo, & securo, vel alijs prudentibus viris fi cione ab eo deputatis ostendere debent

legia legenda intra terminum competentem ab ipso Ordinario, vel ejus delegato moderandum, nec non de articulis, de quibus est controversia, transcriptum tradere tenentur. Si autem ii, qui asserunt se exemptos, solùm præscriptionem Canonicam censuerint opponendam, ipsi Ordinario, vel ejus delegato viro prudenti, & non suspecto de tali præscriptione fidem facere debent, & interim Episcopus suâ in eos potest uti jurisdictione, donec plenè probetur præscriptio Canonica. Si verò tales privilegio, & præscriptione simul se asserunt esse munitos, & exhibent privilegium, quod tamen non plenè probat exemptionem, sed causam præscribendi, tunc coram prudentibus personis, tenentur probare præscriptionem 40. annorum, & quòd non fuerit violenta, clandestina, vel precariò concessa, & interim Episcopus jurisdictionem in eos exercere non potest, *c. Cùm personæ. 7. h. t. in 6. n. 60.* Idque declaratur, & explicatur *n. 61. & 3. seqq.*

§. VI. *An Ecclesia obtinens duplex privilegium exemptionis, v. g. Episcopi, & Papæ, utroque uti possit?*

Ecclesia, quæ se defendit duobus privilegiis, v. g. Episcopi, & Papæ, si succumbat, potest se defendere ex altero. Item exemptus non tenetur promittere obedientiam Diœcesano, vi tamen exemptionis, non potest, sine licentia Diœcesani Ecclesiam construere in loco non exempto, & si de facto in eo construit, ea cedit juri Episcopi, *c. Cùm olim. 14. h. t. n. 65. & seq.*

SECTIO III. *De aliis privilegiis specialibus, de quibus agitur in hoc Titulo.*

§. I. *De privilegiis immunitatis à solvendis decimis, etiam Novalium.*

Quær. 1. An per privilegium alicui Ecclesiæ concessum de non solvendis decimis Episcopalibus, non solùm præteritæ, sed etiam futuræ decimæ remissæ esse censeantur? Resp. Episcopus remittens alicui Ecclesiæ decimas Episcopales indefinitè, remisisse censetur, non tantùm decimas bonorum præteriti, & præsentis temporis, sed etiam futuri, quia in beneficiis plenissima interpretatio fieri debet, *c. Quia circa. 22. h. t. num. 67. & 2. seqq.* Quær. 2. An privilegium de non solvendis decimis novalium comprehendat etiam illas decimas, quæ tempore impetrati privilegii ab aliis jam erant possessæ ac perceptæ? Resp. Privilegium Apostolicum de non solvendis decimis novalium, non extenditur ad decimas, tempore impetrati privilegii possessas ab aliis tanquam sibi debitas, nisi de possessione alterius in ipso privilegio facta sit mentio, *c. Dudum. 31. h. t. n. 70. & seq.* Quær. 3. An privilegium de non solvendis decimis novalium perpetuò duret? Resp. Terra, de qua non extat memoria, quòd fuerit culta, si per Religiosos redigatur ad culturam, perpetuò erit immunis à solvendis decimis, *c. ult. h. t. n. 72. & 73.*

§. II. *De privilegio celebrandi, vel audiendi Divina Officia, tempore interdicti generalis.*

Quær. 1. Quomodo intelligendum sit privilegium concessum quibusdam Regularibus à Sede Apostolica, ut liceat eis celebrare Divina Officia in Ecclesiis interdictis? Resp. Privilegium concessum quibusdam Regularibus, ut si qui ex Fratribus missi fuerint ad aliquem locum ad recipiendas eleemosynas, isque interdictus fuerit, semel in anno aperiantur Ecclesiæ, ut ibi Divina Officia celebrentur, quod intelligendum est, ut una tantùm Ecclesia semel in anno aperiatur, *c. Vt privilegia. 24 §. Illud etiam. h. t. n. 74.* Quær. 2. An etiam Episcopi possint tempore interdicti generalis celebrare Divina? Resp. Privilegium concessum Regularibus, etiam Episcopis conceditur, ut tempore interdicti Divina celebrare possit, januis clausis, submissâ voce, non pulsatis campanis, expulsis excommunicatis, & interdictis, dummodo non dederint causam interdicto, nec dolus intervenerit, & modò non semper, sed quandoque celebrent, *c. Quod nonnullis. 25. h. t. num. 75, & seq.* Quær. 3. An privilegium tempore interdicti clam celebrandi Divina, extendatur etiam ad extraneos, vel saltem ad familiares privilegiati? Resp. Privilegiati, ut tempore interdicti celebrare possint Divina, non possunt admittere extraneos non privilegiatos. Si verò privilegium hoc singulari personæ fuerit concessum, potest familiares suos domesticos admittere, dummodo non sint familiares alicujus Conventûs, vel Collegii, si non sint privilegiati. Prædicto autem privilegio non gaudet is, cujus causâ, culpâ vel dolo sententia interdicti est lata, vel qui consilium, auxilium, vel favorem dedit delicto, ob quod interdictum est positum, *c. Licèt. 11. h. t. in 6. n. 77. & 2. seqq.* Quando illi, propter quorum delictum positum fuit interdictum generale, illud non servant, alii nihilominus illud servare tenentur. Si verò ii, in quorum favorem positum fuit interdictum non servent, nec alii tenentur, *c. Petitis. 20. h. t. n. 80. & seq.*

§. III. *De privilegio sepulturæ Ecclesiasticæ, tempore interdicti.*

Privilegium concessum Religiosis, ut possint sepelire suos confratres, tempore interdicti, intelligitur de his, qui licèt maneant in seculo, tamen obtulerant se Religioni, mutato habitu, vel de illis, qui omnia bona sua dederunt Religioni irrevocabiliter, reservato sibi usufructu, nisi excommunicati, vel nominatim interdicti fuerint, *c. Vt privilegia. 24. §. Sanè. h. t. n. 82. & 83.* Quæ requirantur, ut Oblati alicujus Religionis gaudeant privilegio sepulturæ Ecclesiasticæ, *n. 84.* Quæ requirantur, ut hujusmodi Oblati sint exempti à foro seculari, & à vectigalibus, *n. 85.* An Oblati gaudeant omnibus privilegiis suæ Religionis, præsertim exemptionis à jurisdictione Episcopi, *n. 86.* Et quid quoad Oblatos statuerit Concilium Trident. *n. eod.*

§. IV. *De privilegio celebrandi in Altari Viatico, seu portatili.*

Quær. 1. Quibus concessus sit usus Altaris portatilis? Resp. Episcopi, aliique Superiores possunt ubique uti Altari portatili, & in eo celebrare, vel sibi celebrari facere quotidie, ita tamen ut servent interdictum, *c. ult. h. t. in 6. n. 87. & seq.* Altaris viatici privilegium concessum Episcopis non est sublatum per Concilium Trident. *cit. n. 88.* Idque competit etiam Cardinalibus non Episcopis, *num. eod.* Quær. 2. Quibus prærerea hoc privilegium sit concessum? Resp. FF. Prædicatoribus, & Minoribus, etiam sine consensu Episcopi, absque præjudicio tamen juris Parochialis, *c. In his. 30. h. t. n. 89.* Hoc privilegium concessum Prædicatoribus, & Minoribus revocatum fuit per Concilium Trident. sed restitutum

stitutum est denuo Societati à Gregorio XIII. *n.* 91. & 92. Quær. 3. An post Concilium Trident. possit Episcopus concedere facultatem celebrandi Missas in domibus privatis super Altari portatili? Negant communiter DD. sed oppositum est valde probabile, quòd etiam hodie possit, ob necessariam, vel aliam justam causam, *n.* 93. & 94.

§. V. *De privilegiis Studii generalis in Curia Romana.*

Ut in Curia Romana vigeat Studium Juris Canonici, & Civilis, concessum fuit, uti ibi Studentes gaudeant privilegiis locorum, in quibus est studium generale, & recipiant integros proventus suos Ecclesiasticos, *c.* 2. *h. t. in* 6. *n.* 95. & 96. Porro prohibitum est sub pœna excommunicationis, docere, vel audire Jus Civile Parisiis, & in locis vicinis, quia ibi non sunt in usu LL. Imperatorum, *c. Super specula.* 28. *h. t. n.* 97. & 98.

§. IV. *Quæ sint prærogativæ, seu privilegia principalium IV. Sedium Patriarchalium.*

Tria habent privilegia: videlicet quòd postquam à Romano Pontifice acceperint Pallium, præstito ipsi fidelitatis, & obedientiæ juramento, ipsi possunt Suffraganeis suis Pallium dare. Deinde ut ante se ubique faciant præferri Crucem, nisi in Urbe Romana, & ubi Papa est, vel ejus Legatus. Denique in omnibus Provinciis ipsis subjectis potest ad ipsos appellari, salvâ appellatione ad Papam, *c. Antiqua.* 23. *h. t. num.* 99. declaratur *num.* 100. & 3. *seqq.*

§. VII. *De privilegiis Archiepiscoporum, & Episcoporum, aliorumque Prælatorum inferiorum.*

Quær. 1. Quæ privilegia Jure communi concessa sint Archiepiscopis, & Episcopis? Resp. Possunt per quævis loca exempta transeuntes facere ante se portari Crucem, populo benedicere, Divina Officia privatim, vel publicè audire, & ea celebrare, vel in sua Provincia facere celebrari, sine Pontificalibus. Similiter Episcopi in locis suæ Diœcesis exemptis possunt populo benedicere, audire Divina Officia, & ea celebrare, vel coram eis facere celebrari: dummodo tamen exemptis, vel privilegiatis in aliis nullum ab ipsis fiat præjudicium, *Clem.* 2. *h. t. n.* 104. & 2. *seqq.* Item Episcopalis dignitas, seu Sedes non debet concedi, nisi in Civitatibus numerosis, & insignibus, *c.* 1. *h. t. n.* 107. & *seq.* Quær. 2. Qualia privilegia competant Abbatibus, seu Prælatis inferioribus Episcopis? Resp. Duo, primum est usus Mitræ, si sint exempti in Provincialibus Conciliis, & Episcopalibus Synodis, non tamen gestare possunt Mitras habentes laminas aureas: si verò non sint exempti, uti debent Mitris simplicibus, albis, & planis. Sed in aliis locis, sive exemptis, sive non exemptis uti possunt Mitris, ut indulta Papæ eis permittunt, *c. Vt Apostolicæ.* 6. *h. t. in* 6. *n.* 109. & *seq.* Secundum privilegium est solemnis, & publica benedictio populi in Ecclesiis sibi pleno jure subjectis, quando in eis Divina Officia celebrant, nec possunt alibi publicè per vias, & plateas, talem benedictionem impertiri nisi hoc eis expressè sit concessum, *c. Abbates.* 3. *h. t. n.* 111. Nec licitum est eis primam tonsuram conferre, nisi Conversis in suo Monasterio, & in quos habent Episcopalem jurisdictionem, *cit. c.* 3. *in fine, n.* 112.

Sectio IV. *De præscriptione & innovatione usu & effectu privilegiorum.*

§. I. *Quanto tempore præscribatur adversus privilegia?*

Contra privilegium Ecclesiæ præscribitur spatio XXX. annorum, quia videtur tam tempore renunciare juri suo, *c. Si de terra.* 6. *h. t. n.* 113. & *seq.* Imò hodie contra privilegia Ecclesiæ non præscribitur, nisi spatio XL. annorum, *c. definitionem* 15. *h. t.* & sic per hoc c. correctum est præcedens, 115. & *seq.* Quomodo præterea concilietur prædicta duo capp. *n.* 117. & 118.

§. II. *De innovatione privilegiorum.*

Quær. 1. An innovatio privilegii eorum attribuat, vel non? Resp. Quando innovatur privilegium, non tribuitur novum jus, sed solum antiquum conservatur, *c. Ex parte.* 13. *h. t. n.* 119. Idemque habetur in *c. Quia.* 29. *h. t. num.* 120. Idque declaratur *n.* 121. Quær. 2. Quomodo probanda sint instrumenta perdita, si eorum innovatio petatur? Resp. Instrumenti perditi tenor, & in eo recepta probari possunt per testes, qui deponant de tenore, & quòd erat, sine vitio, *c. Cum vos. ex. h. t. num.* 122. Declaratur *num.* 123. Et ad innovationem instrumenti perditi tria probanda sint, *ex. num.* 123. An testes, qui deponunt de amissione instrumenti, etiam deponere debeant de illius tenore, *num.* 124.

§. III. *De usu & effectu privilegiorum.*

Quær. 1. An quis obligatus sit uti suo privilegio? Resp. negativè, *n.* 125. Quær. 2. An ut privilegium sortiatur effectum, & jus aliquod conferat privilegiato, requiratur ejus notitia? Resp. Privilegium non habet effectum, nisi postquam pervenit ad notitiam privilegiati, & is id acceptavit, *num.* 126. Ponuntur duæ limitationes, *num.* 127. Quær. 3. An quis uti possit privilegio sibi concesso, extra territorium concedentis, v. g. Episcopi? Resp. Potest quis, se loquendo, uti privilegio personali, etiam extra territorium concedentis, ob specialem, & peculiarem causam concesso ab Episcopo suo, sive sit communis commune, sive etiam contra Statutum loci, in quo quis pro tempore moratur, *num.* 128. Quær. 4. An privilegiatus uti possit privilegio suo contra partem privilegiatum? Resp. Sub distinctione data *num.* 129. & 130.

Sectio V. *De Variis excessibus privilegiatorum prohibitis Jure Canonico.*

§. I. *Qui sint excessus, sive delicta privilegiatorum, & quomodo puniendi?*

Religiosi etiam exempti non debent exercere privilegia illis concessa contra Episcopalem auctoritatem, cum scandalo, & gravi periculo animarum, *c.* 3. *in princ. h. t.* nec debent Ecclesias, & decimas manu laicorum recipere, sine consensu Episcopi, *c.* 3. §. *Ecclesias.* nec debent excommunicatos, & nominatim interdictos admittere ad Divina, *c. cit.* §. *Excommunicatos.* Item in Ecclesiis, quæ aliis pleno jure non pertinent, cùm vacant, Prælatus Episcopis præsentent ab eis instituendos, ut ea de ra spirituali plebis respondeant, ipsi verò Prælatis Religiosis rationem reddant de temporalibus, sed inconsulto Episcopo eos non removeant, *cit. c.* 3. §. *fin.*

*In Ecclesiis.* Templarii, vel Hospitalarii, si ad Ecclesiam interdictam venerint, semel tantùm in anno admitti debent ad Divina Officia, nec tunc ibi sepelienda sunt corpora defunctorũ, *cit. c.* 3. §. *Quòd si.* Confratres verò Religiosorum, qui non omnino se eis tradiderunt, sed proprietates suas retinent, Episcopo sunt subjecti, ut ceteri laici, *cit. c.* 3. §. *De Confratribus.* Denique idem de aliis quoque Religiosis observandum est, *cit. c.* 3. §. *ult. n.* 131. Declarantur dicta, *n.* 132. *& 2. seqq.*

§. II. *Quinam præterea alii sint excessus, sive abusus privilegiatorum?*

Plures adhuc alii sunt abusus privilegiatorum. Veluti primò, si sepeliant excommunicatos in cœmeteriis, & si sepelierint, debent eos ejicere, quod si non fecerint, Episcopus id exequetur, *c. Ad hæc.* 5. *h. t. n.* 135. Secundò, excedunt seu delinquunt Religiosi, si in Oratoriis suis privatis campanas habeant, eásque publicè pulsent, *c. Patentibus.* 10. *h. t. num.* 136. *& seq.* Tertiò, plures excessus, seu delicta Hospitalariorum recensentur in *c. Tuarum.* 11, *h. t. n.* 138. *& seq.* Quartò, alius excessus, sive delictum privilegiatorum, seu exemptorum est, si Ecclesias, vel Capellas ædificent in locis non exemptis, sine licentia Ordinarii, vel in exemptis, sine licentia Papæ, *c. Auctoritate.* 4. *h. t. in* 6. *n.* 140. *& 2. seqq.* Quintò, aliud delictum exemptorum est, si sive regulares, sive seculares scienter celebrent, vel celebrari faciant Divina in loco interdicto ab Ordinario, vel ejus delegato, vel à jure, nisi in casibus à Jure concessis: & qui publicè excommunicatos, vel interdictos ad Divina Officia, Ecclesiastica Sacramenta, vel sepulturam admittere præsumunt, quibus interdicitur ingressus Ecclesiæ, *c. Episcoporum.* 8. *h. t. in* 6. *num.* 143. *& seq.*

§. III. *De aliis quibusdam specialibus excessibus, & culpis Religiosorum prohibitis Iure Canonico, eorúmque pœnis.*

Religiosi, qui sine speciali licentia Parochi, Clericis aut laicis Sacramentum extremæ Unctionis, vel Eucharistiæ ministrare, vel matrimonium solemniter benedicere: vel excommunicatos à Canone: vel à sententiis per Statuta Provincialia aut Synodalia promulgatis absolvere præsumpserint, exceptis casibus in jure expressis, vel per privilegia Papæ concessis, excommunicationis sententiam ipso facto incurrunt, absolvendi solùm à Papa: quos etiam locorum Ordinarii excommunicatos faciant publicè denunciari, donec de absolutione ipsorum eis facta fuerit fides, non obstante quovis privilegio, *Clem.* 1. *h. t. num.* 145. *& 4. seqq.* Item præcipitur Religiosis à septem aliis culpis sub certis pœnis abstinere, quæ ponuntur in *cit. Clement.* 1. §. *Quibus etiam, num.* 150. *& 2. seqq.*

§. IV. *De pœna abutentium suis privilegiis, & punitione violantium aliena privilegia.*

Quær. 1. Quæ sit pœna abutentium suis privilegiis? Resp. Propter abusum possunt revocari privilegia, & privilegium meretur amittere, qui permissâ sibi abutitur potestate, *num.* 153. Quær. 2. An, & quomodo puniendi sint, qui aliena privilegia violant? Resp. Inprimis privilegia alicujus v. g. Religionis non sunt violanda, etiam indirectè, *c. Quanto amplius.* 26. *h. t. n.* 154. *& seq.* Præterea privilegiis suis est privandus, qui alienis derogat, *c. Dilecti.* 4. *h. t. num.* 156. Clerici incedentes ut laici, sine tonsura, & habitu, & in maleficiis deprehensi, etsi reassumant tonsuram, & habitum, non gaudent privilegio Clericali, sed à Judice laico puniri possunt, sine pœna excommunicationis, *c. Ex parte.* 27. *h. t. v.* 157. Quando, & quinam Clerici non deferentes habitum, & tonsuram priventur privilegio Clericali, seu fori Ecclesiastici, *n.* 158. *& seq.* Laici violenti invasores Ecclesiarum, aut rerum Ecclesiasticarum, aut eis præjudicium inferentes possunt puniri ab Ecclesia, seu Judicibus Ecclesiasticis, nec dum Ecclesia tales laicos coërcet, agit contra legem, sed legi fert subsidium, *c. 2. h. t. n.* 160. *& seq.*

§. V. *Proponuntur breves Summæ Extravagantium hujus Tituli.*

Quæ privilegia revocentur in *Extravag. unic. Ioann. XXII. h. t. n.* 162. Item quæ privilegia revocentur concessa Prædicatoribus, & Minoribus, circa prædicationes, auditiones Confessionum, & sepulturas in *Extravag.* 1. *Inter Communes. h. t. n.* 163. Item quæ in *Extravag.* 2. *eod. num.* 164. Et quæ privilegia in *Extravag.* 3. *n.* 165. Et quæ in *Extravag.* 4. *eod. n.* 166.

SECTIO VI. *De amissione, & revocatione privilegiorum.*

§. I. *An, & quomodo privilegium finiatur per lapsum temporis, & cessationem causæ?*

ASSERTIO I. Elapso tempore, ad quod privilegium est concessum, & restrictum, finitur privilegium. Cessat etiam si sub conditione sit concessum, eâ impletâ, *n.* 167. Ass. 2. Cessante principali causâ finali privilegii, ipsum etiam cessat, *num.* 168. Quibus casibus non cesset privilegium, etiamsi causa cesset, *n.* 169.

§. II. *An privilegium finiatur per mortem ejus, cui concessum est, vel per mortem concedentis, item an per renunciationem privilegiati?*

ASSERTIO I. Privilegium personale, sive personæ concessum, unâ cum ipsa, extinguitur: privilegium verò reale, quod ratione dignitatis, vel loci alicui datum est, cum persona non desinit, *n.* 170. Ass. 2. Privilegium absolutè, & sine limitatione concessum, & semel legitimè acquisitum non amittitur per obitum concedentis, sive privilegium sit favorabile, sive odiosum, & sive res non sit integra, sive adhuc integra. Aliud est in Rescriptis justitiæ, sive ad lites: modò sit gratia jam facta, non facienda, hæc enim morte concedentis extinguitur, *n.* 171. Quando privilegium, ratione formæ verborum per mortem concedentis extinguitur, ut si concedatur ad beneplacitum Principis, *num.* 172. Ass. 3. Si privilegium alicui personæ particulari in ejus solius favorem sit concessum, illud per liberam, & expressam ejusdem renunciationem amittitur, *n.* 173. Quòd si privilegium principaliter concessum sit in favorem alicujus Communitatis, vel loci, v. g. Civitatis, Ecclesiæ, vel Monasterii, non possunt personæ particulares, cum ejusdem præjudicio, illi renunciare, *n.* 174.

* * *

§. III. *An, & quando amittatur privilegium per tacitam renunciationem, sive per non usum, vel abusum?*

Assertio I. Privilegia affirmativa, quibus datur facultas aliquid agendi, cum onere aliorum, amittuntur per non usum privativum, hoc est, voluntarium, & liberum, si oblatâ occasione utendi privilegio, eo non utantur, *num.* 175. Ass. 2. Privilegia affirmativa, quæ consistunt in mera voluntate aliquid agendi, sine gravamine aliorum, & sunt meræ gratiæ, per merum non usum etiam longissimi temporis non amittuntur, *n.* 176. Excipitur privilegium nundinarum, quod per non usum spatio decennii amittitur, *n.* 177. Ass. 3. Privilegia negativa, quæ in non faciendo consistunt, & aliis onerosa sunt, ut est privilegium non solvendi decimas, vel tributa, amittuntur, per actum directè contrarium privilegio v.g. solvendo decimas vel tributa. *n.* 178. Quænam requirantur ad tacitam renunciationem inducendam per non usum, seu actum contrarium privilegio, *n.* 179. & 2. *seqq.* Quòd si alicui concessum sit privilegium, quod uno actu perficitur, & impletur, illud per unicum actum contrarium voluntarium, per tacitam renunciationem tollitur, *n.* 182. Denique privilegia negativa, quæ nemini præjudicant, v. g. non recitandi horas canonicas, per unum, vel plures actus contrarios non amittuntur, *n.* 183. Quibus modis amittatur privilegium per abusum, *n.* 184. *& seq.*

§. IV. *An privilegium semel concessum possit revocari à concedente, vel aliquo alio?*

Assertio I. Privilegium concessum non subdito, & ab eo acceptatum non potest revocari à concedente, vel ejus Successore, nisi privilegium postea vergat in notabile detrimentum Principis concedentis, *n.* 186. Ass. 2. Privilegium gratis à Principe concessum subdito, per quod datur licentia aliquid agendi contra, vel præter Jus commune, potest revocari à concedente, vel ejus successore validè, etiam absque causa justa, sed non licitè; secus est, si privilegium etiam subdito concessum sit, per pactum, seu contractum onerosum, vel in remunerationem meritorum, vel etiam per absolutam donationem sine legitima causa, *n.* 187. Non tantùm Princeps Supremus, sed etiam inferior habens potestatem conferendi privilegium potest revocare privilegium merè gratis, & liberaliter concessum, ex legitima causa, *num.* 188. Et non tantùm ipse concedens, sed etiam ejus successor potest revocare privilegium ab antecessore concessum; sicut etiam concessum ab inferiore potest revocari à Superiore illius, *cit. n.* 188.

§. V. *Quibus modis Privilegium revocetur, & quando revocatio privilegiorum vim suam, & effectum habeat?*

Assertio I. Duobus modis revocatur privilegium expressè, vel tacitè. Expressa revocatio fit verbis expressis, vel in specie, & particulari, vel per clausulam generalem, *non obstantibus quibuscunque privilegiis*, & quibus privilegiis non derogetur per clausulam generalem, *n.* 189. Tacita revocatio privilegii fit per actum Principis directè contrarium privilegio, *n.* 198. Circa tacitam revocationem privilegiorum traduntur plures Regulæ. Prima est per legem generalem, quæ non expressè abrogat privilegia, censentur tacitè revocata privilegia in Corpore Juris contenta; non autem ea, quæ Corpori Juris non sunt inserta, nisi eorum specialis mentio fiat, *n.* 191. Secunda est, per particulare Rescriptum principis contrarium privilegio priùs concesso, non tollitur hoc tacitè revocatum, nisi in eo adsit expressa clausula derogatoria privilegii, *n.* 191. Tertia privilegium priùs concessum non tollitur, nec revocatur per privilegium posterius contrarium, nisi illius prioris specialis fiat mentio, *n.* 191. Quamvis distinguendi sunt plures casus, *n.* 194. *& seq.* Quarta regula est, per latam sententiam Principis contra privilegium, qui potuit privilegium concedere, non revocatur privilegium, *num.* 196. Ad. 2. privilegia per publicam legem revocantur, non necessarium, ut revocatio singulis privilegiis inseratur, sed satis est, si promulgatio illius legis revocatoriæ privilegiorum facta sit in Curia Principis, vel eius ad hoc constituto, *n.* 197.

§. VI. *An pereunte re, cui privilegium inhæret, pereat quoque, & extinguatur ipsum privilegium?*

Resp. Sicut privilegium personale extinguitur cum persona, ita etiam privilegium reale, seu localе extinguitur, re extinctâ, aut loco destructo, cui inhæret, *n.* 198. Ubi id declaratur, & *n.* 199.

## *SERIES CAPITULORUM.*

### In Antiquis.


*c.* 1. *n.* 107. *& seq.*
*c.* 2. *n.* 160. *& seq.*
*c.* 3. *n.* 131. *& tribus seqq.*
*c.* 4. *n.* 156.
*c.* 5. *n.* 135.
*c.* 6. *num.* 113. 116. 117. *& 118.*
*c.* 7. *n.* 16. *& seq.*
*c.* 8. *n.* 27. *& 30.*
*c.* 9. *n.* 20.
*c.* 10. *n.* 136. *& seq.*
*c.* 11. *n.* 138. *& seq.*
*c.* 12. *n.* 122.
*c.* 13. *n.* 119. *& 121.*
*c.* 14. *n.* 65. *& 66.*
*c.* 15. *num.* 115. *& tribus seqq.*
*c.* 16. *n.* 38. *& seq.*
*c.* 17. *n.* 41. *& seq.*
*c.* 18. *n.* 28. *& 30.*
*c.* 19. *num.* 34. *& duobus seqq.*
*c.* 20. *n.* 80. *& 81.*
*c.* 21. *n.* 43.
*c.* 22. *n.* 67. *& 69.*
*c.* 23. *n.* 99. 101. *& 103.*
*c.* 24. §. *Sanè, n.* 82. 84. *& 86.* §. *Illud etiam. n.* 74.
*c.* 25. *n.* 75.
*c.* 26. *n.* 154. *& seq.*
*c.* 27. *n.* 157. *& duobus seqq.*
*c.* 28. *n.* 97. *& seq.*
*c.* 29. *n.* 120. *& seq.*
*c.* 30. *n.* 89. *& 90.*
*c.* 31. *n.* 70.
*c.* 32. *n.* 83. *& seq.*
*c.* 33. *& ult. num.* 71. *& seq.*


### In Sexto.


*c. in princ. n.* 49. *& tribus seqq. & ult. n.* 56.
*c.* 2. *n.* 95. *& 96.*
*c.* 3. *n.* 111. *& seq.*
*c.* 4. *n.* 140.
*c.* 5. *n.* 58.
*c.* 6. *n.* 109. *& seq.*
*c.* 7. *n.* 60. *& 4. seqq.*
*c.* 8. *n.* 143. *& seq.*
*c.* 9. *n.* 45. *& 46.*
*c.* 10. *n.* 31. *& 32.*
*c.* 11. *n.* 77. *& 78.*
*c.* 12. *& ult. num.* 83. *& seq.*


### In Clementin.


*Clement. I. in princ. n.* 1. *& 4. seqq.* §. *Quoniam etiam. n.* 150. *& 151.* §. *fin. n.* 152. *& 2. & ult. num.* 154. *& duobus seqq.*


### In Extravagant. Joann. XXII.


*Extravag. unic. n.* 162.


### In Extravagant. Communibus.


*Extrav. 1. n.* 163.
*Extrav. 2. n.* 164.
*Extrav. 3. n.* 165.
*Extrav. 4. & ult. n.* 166. *& seq.*

# *TITVLVS XXXIV.*
## DE PURGATIONE CANONICA.

§. I. *Quid sit purgatio in genere, & quotuplex, & à quo indicenda sit purgatio Canonica, & quibus indici possit, ac debeat?*

Assertio I. Purgatio, prout hîc accipitur, est ostensio innocentiæ de objecto crimine: eâq; duplex est, vulgaris, quæ à Jure reprobatur, & Canonica, quæ à Jure est inventa, & approbata, *n.* 1. Ass. 2. Purgatio Canonica indicenda est à Judice competente, videlicet Episcopo, *n.* 2. Potest autem Episcopus Diœcesanum suum infamatum de crimine compellere ad se purgandum, nisi ab eo legitimè appellaverit, *c. Nos inter. 6. h. t. cit. n.* 2. & 3. Assert. 3. Non tantùm Clericis secularibus, sed etiam regularibus utriúsque sexûs indicenda est purgatio Canonica, si publicè infamati fuerint de crimine, vel graviter suspecti, & testes, vel aliæ probationes deficiant, *c.* 3. *h. t. n.* 4. Præterea publicè infamatus de defectu natalium non debet promoveri ad Ordines, nisi priùs canonicè se purget, *c. Accedens. 14. h. t. n.* 5. & 6.

§. II. *Quando sive in quibus casibus indicenda sit purgatio Canonica, vel non?*

Assertio I. Ea indici debet, si nullus appareat legitimus accusator, & aliquis sit publicè infamatus de crimine apud bonos, & graves viros, *c. pen. §. fin. h. t. n.* 7. Assert. 2. Non potest indici purgatio Canonica etiam infamato de crimine, si is convinci possit, & per idoneos accusatores, vel testes, vel per alias legitimas probationes crimen publicè probari possit, *n.* 8. Assert. 3. Non debet alicui indici purgatio Canonica, nisi adsint verisimiles suspiciones, vel præsumptiones criminis, modò non sit levis suspicio, sed vehemens, *num.* 9. Unde si Clericus est convictus, vel manifestè confessus se commisisse crimen, repellitur à proprio gradu: si verò id manifestè non probetur, sed est verisimilis suspicio, se canonicè purgare debet, *c. Si quis. 4. h. t. cit. n.* 9. Si infamia alicujus non sit orta ex probabilibus suspicionibus, non est ei necessariò indicenda purgatio Canonica, quamvis possit indici ad petitionem purgandi, *c. Cùm in juventute. 12. h. t. n.* 10. & 11. Non potest, nec debet indici purgatio Canonica, quando crimen est notorium, ut celari non possit, sed fieri condemnatio, *c. Cùm dilectis. 15. h. t. n.* 12. & declaratur, *n.* 13. & 14.

§. III. *Quæ sit forma purgationis, sive quomodo ea fieri debeat?*

Assertio I. Si quis accusatus, denunciatus, vel infamatus sit de crimine, idque plenè probari possit, aut vehementer de eo sit suspectus, tum si crimen negat, debet, præstito juramento purgationis, se defendere, & innocentiam suam ostendere, secundùm formam, & modum præscriptum in *c. Quoties. 5. h. t. n.* 15. & declaratur, *n.* 16. Assert. 2. Non sufficit, si Prælatus aliquis infamatus sit de criminibus, jurare, cùm se purgat, quòd sit immunis ab illis criminibus, sed jurare debet, quòd post promotionem suam ad Prælaturam, non commiserit illa crimina, *c.* 16. & *ult. h. t. n.* 17. declaratur, *n.* 18. Etsi infamato de crimine, vel vehementer suspecto, deferendum sit juramentum purgationis, ut innocentiam suam ostendat, jurando se crimen tale non commisisse, id tamen limitari debet, dummodo sit persona nobilis, vel honesta, nam si sit persona vilis, vel infamis, non debet ei deferri juramentum purgationis, *c. 1. h. t. n.* 19. & 20. Deinde indicenda est purgatio, cum juramento, infamato de crimine, si crimen tantùm semiplenè probatum est, ità tamen ut contra reum vehemens sit suspicio criminis, *n.* 21.

§. IV. *Quomodo procedendum sit contra infamatum de crimine, negligentem famam suam, sive se purgare ab infamia?*

Si Presbyter infamatus de crimine, post trinam monitionem, se non corrigat, ab officio suspendi debet, quousque se purgaverit, *c. 2. h. t. n.* 22. & *seq.* Præterea potest suspendi infamatus de crimine, non solùm ab officio, sed etiam à beneficio, donec se purgaverit: idque propter enormitatem criminis, v. g. hæresis: & augetur etiam ob hoc numerus compurgatorum. Interdum verò ex causa post purgationem præstitam suspenditur quis ad tempus, & deficiens à purgatione punitur ut convictus, *c. Inter. 10. h. t. n.* 24. declaratur, *n.* 25. & *seq.*

§. V. *De Compurgatorum qualitate, juramento, ac numero.*

Quær. I. Quales debeant esse Compurgatores, sive testes eorum, qui se purgant ab infamia criminis? Resp. primò, purgatores debent esse honestæ, ac probæ vitæ, & notam habere vitam, ac mores purgandi: & qui recipiunt purgationem, eis qui purgandis assistere nolunt, nullam indignationem ostendere debent, nec eos impedire, nec permittere impediri compurgatores, *c. Cùm P. 7. h. t. n.* 27. & *seq.* Resp. secundò. Compurgatores debent esse personæ, non tantùm honestæ, sed etiam vicinæ, quibus nota sit vita, & mores purgandi, *n.* 29. Qu. 2. Quomodo jurare debeant compurgatores? Resp. debent jurare de credulitate, non de veritate, *c. De testibus. 13. h. t. n.* 30. Qu. 3. Quæ conditiones in specie requirantur in Compurgatoribus? Resp. quatuor requiri, quæ enumerantur in *c. Constitutus. 9. h. t. num.* 31. & *seq.* Qu. 4. Quot sint adhibendi compurgatores? Resp. Olim Episcopus se purgabat adhibitis XII. Episcopis; Sacerdos 5. vel 7. Sacerdotibus: Diaconus tribus Diaconis. Hodie adhibendi sunt plures, vel pauciores, secundùm arbitrium Judicis, *n.* 33.

§. VI. *De effectu purgationis Canonicæ, & pœnâ deficientis in illa?*

Quær. I. Quis sit effectus purgationis Canonicæ? Resp. effectus est, ut purgatione legitimè peractâ, absolvendus sit à suspensione, si præcessit, & ab infamia criminis is, cui purgatio est indicta: purgatio verò illegitimè facta non tenet, nec absolutio secundùm illam facta, *c. Ex tuarum. 8. h. t. n.* 34. & 35. Qu. 2. An absolutus à crimine, quia se canonicè purgavit, possit postea accusari de eodem crimine? Resp. cum distinctione data, *n.* 36. Qu. 3. Quæ sit pœna deficientis in purgatione Canonica? Resp. ut habeatur pro convicto, & eâdem pœnâ puniatur, ac si de crimine esset convictus, quæ est pœna depositionis, sive ut privetur omni officio, & beneficio, *n.* 37. Sunt & alij duo casus, in quibus deficiens in purgatione habetur pro convicto, *n.* 38. Hodie ab Ecclesiasticis Judicibus rarò Clericis indicitur purgatio canonica, & cur? *n.* 39.

SERIES

*SERIES CAPITULORUM.*

IN ANTIQUIS.


c. 1. n. 19. & 20.
c. 2. n. 22. & seq.
c. 3. n. 4.
c. 4. n. 9.
c. 5. n. 15.
c. 6. n. 2.
c. 7. n. 27.
c. 8. n. 34. & seq.
c. 9. n. 31. & seq.
c. 10. num. 24. & duobus seqq.
c. 11. n. 29.
c. 12. n. 10. & seq.
c. 13. n. 30.
c. 14. n. 5. & 6.
c. 15. num. 12. & duobus seqq.
c. 16. & ult. n. 17. & seq.


## *TITULUS XXXV.*

## DE PURGATIONE VULGARI.

Quær. I. Quid sit purgatio vulgaris, & cur sit prohibita? Resp. est ea, quæ vulgus induxit, & à SS. Canonibus est reprobata, *n.* 1. Qu. 2. Quæ purgationes vulgares in specie sint prohibitæ? Resp. prohibetur inprimis purgatio facta per monomachiam, sive duellum, *c.* 1. *h. t. n.* 2. Secundò, prohibita est purgatio per judicium ferri candentis, vel aquæ ferventis, seu calidæ, *c.* 3. *& ult. h. t. n.* 3. Tertiò, inhibita est etiam purgatio per aquam frigidam, & alia hujusmodi purgationum genera, *n.* 4. An sit licitus purgandi modus olim frequens per celebrationem Missæ, & sumptionem SS. Eucharistiæ, *n.* 5. Qu. 3. An sententia lata ex purgatione vulgari, & jure reprobata, à qua non fuit appellatum, possit retractari? Resp. posse, *c.* 2. *h. t. n.* 6. *& seq.*

*SERIES CAPITULORUM.*

IN ANTIQUIS.


c. 1. n. 2.
c. 2. n. 6. & 7.
c. 3. & ult. n. 3.


## *TITULUS XXXVI.*

## DE INJURIIS, ET DAMNO DATO.

### §. I. *De Injuriis.*

Quær. I. Quid sit injuria, & quot modis inferatur? Resp. Injuria specialiter dicitur contumelia alicui dicta, vel facta, sive quod dicitur, vel fit contra alicujus honorem; & tribus modis committitur; re, cùm manus alicui infertur; verbis, cùm ei convitium fit: litteris, cùm per libellum famosum injuria infertur, *n.* 1. Non committitur injuria, sine dolo & animo injuriandi, *n.* 2. Qu. 2. An si quis dicat verbum injuriosum alteri, cum protestatione, *salvo tuo honore*, excusetur ab injuria? Resp. negativè, quia est protestatio facto contraria, *n.* 3. Qu. 3. An is, qui alicui per convitium verum crimen objecit, inferat injuriam? Resp. si interfit Reipubl. ut convitium objectum sciatur, & puniatur injurians, non tenetur actione injuriarum, si illud probet, aliàs secus, *num.* 4. Nisi animo injuriandi hujusmodi convitium proferatur, tum enim non excusat, *n.* 5. Qu. 4. An provocatus licitè possit retorquere injuriam sibi illatam? Resp. id esse licitum, si id fiat incontinenti, & debito modo, *n.* 6. Qu. 5. Qualis actio oriatur ex injuria, & quæ sit ejus pœna? Resp. duplex oritur actio, civilis, ad æstimationem injuriæ, & criminalis, ad pœnam extraordinariam corporalem, vel pecuniariam, *n.* 7. Qu. 6. An quis possit agere pro injuria alteri illata, Resp. affirmativè, Qu. 7. Quomodo tollatur actio injuriarum? Resp. per lapsum anni tollitur actio injuriarum realis, nam civilis est perpetua. Secundò tollitur per remissionem injuriæ, vel expressam, quæ fit per signum [illegible] actum, vel per tacitam, quæ fit per [illegible] lationem, *n.* 9.

### §. II. *De damno dato.*

Si quis culpâ suâ, alicui damnum dederit, [illegible] riam irrogavit, vel alijs irrogantibus operam [illegible] imperitiam, vel negligentiam, is satisfacere tenetur, nec ignorantia ipsum excusat. Item si animalia [illegible] cujus nocuerunt alteri, is ad satisfactionem tenetur, nisi ea damnum passis dare velit. Qui occasionem damni dat, damnum dedisse videtur, nisi omnem diligentiam, quam debebat, adhibuerit, *c.* 1. *h. t.* qui damnum etiam ex culpa levissima dedit, tenetur ad satisfactionem damni illati, *n.* 11. Si animal damnum dedit, dominus ejus vel præstare debet æstimationem damni, vel animal tradere dominum passo, *n.* 12. Si bos cornupeta, & non cubitus, [illegible] bovem interfecit, dominus illius tenetur eidem bovem, & mortuum recipiet, *c. 1. h. t. n.* 13. Item si quis fodit cisternam, & non cooperit eam, [illegible] deritque bos vel asinus in illam, dominus cisternæ tenetur reddere pretium animalis, quod extabat mortuum est, illius erit, *c.* 2. *h. t. n.* 13. Qui dimittit [illegible] jumentum, & illud depascit alienam vineam, vel agrum, dominus æstimationem damni solvere tenetur, *c. Si læserit.* 4. *h. t. n.* 14. Si quis campum [illegible] incendit, & ignis egressus combussit alienum, tenetur damnum solvere, si in culpa fuit, *c. Sicut. 5. h. t. n.* 15. Si quis voluntariè incendit [illegible] alicujus, totum damnum restituere debet, & per annos pœnitere, *c. Si quis. 6. h. t. n.* 16. Non tantum damnum alicui illatum, sed etiam lucrum intercessans damnũ passo restituendum est. Unde si [illegible] rixa alium percussit, isque non fuit mortuus, [illegible] lecto jacet, operas, & expensas solvere debet, *c. n.* 17. Si Princeps, seu Magistratus secularis [illegible] cum tanquam bannitum mittat in exilium, [illegible] dicem Ecclesiasticum condemnandus est, [illegible] æstimationem injuriæ, in expensas & damna, [illegible] violat immunitatem Ecclesiasticam, *c. Olim,* [illegible] *n.* 18. *& seq.* Statutum etiam juratum editum [illegible] repetendis damnis acceptis non extenditur ad [illegible] pensas factas, quæ nihilominus, non obstante [illegible] juramento, repeti possunt, & solvi debent, *c. Ad [illegible] stra. 8. h. t. n.* 20.

### §. III. *De represaliis, sive pignorationibus.*

Quær. I. Quid sint represaliæ, & an [illegible] Resp. represaliæ, sive pignorationes, sunt [illegible] quibus Princeps, vel Respubl. subditis [illegible] damnum passis dat potestatem invadendi [illegible] rum, qui damnum intulerunt, & occupandi [illegible] incolarum etiam innocentium, in compensationem damnorum illatorum, *n.* 21. Quæ ut sint [illegible] res cõditiones requiruntur, quæ enumerantur [illegible] Qu. 2. Contra quos represaliæ concedi non [illegible] Resp. non posse contra personas Ecclesiasticas, [illegible] bona earum, nec concessæ extendi ad illas, [illegible] stante contrariâ consuetudine, & qui eas concedunt, [illegible] vel extendunt contra personas prædictas, [illegible] mensem non revocant, & sunt singulares [illegible]

sunt excommunicatæ: si Universitates, sunt interdictæ, *c. unic. h. t. in 6. n. 22. & 23.*

*SERIES CAPITVLORVM.*

IN ANTIQVIS.

*c. 1. n. 17.*
*c. 2. n. 13.*
*c. 3. n. 12.*
*c. 4. n. 14.*
*c. 5. n. 15.*
*c. 6. n. 16.*
*c. 7. n. 18. & seq.*
*c. 8. n. 20.*
*c. 9. & ult. n. 10. & duobus seqq.*

IN SEXTO.

*c. unic. n. 22. & seq.*

## *TITVLVS XXXVII.*
## DE POENIS.

§. I. *De pœnis in genere.*

Quær. 1. Quid sit pœna, & quotuplex? Resp. pœna est delictorum coërcitio, seu vindicta, *num. 1.* Sunt autem pœnæ quædam capitales, quædam non capitales: & hæ quædam corporales, quædam pecuniariæ: aliæ civiles, quæ parti læsæ applicantur, aliæ criminales, quæ ad publicam vindictam tendunt. Item alia pœna est ordinaria, alia extraordinaria, *n. 2.* Quær. 2. An Judex teneatur imponere pœnam ordinariam, sive lege præscriptam, & an illam augere possit, vel minuere? Resp. tenetur ordinariam reo convicto de crimine infligere, nec potest Judex inferior pœnam lege præscriptam excedere, neque statutam remittere, vel minuere: quamvis id possit Princeps supremus, *n. 3.* Delinquens toties puniendus est, quoties reiterat delictum, *c. 1. h. t. n. 4.*

§. II. *De variis pœnis in specie, & inprimis de pœna pecuniaria.*

Interficiens Presbyterum puniendus est, & si pœna sit pecuniaria, pars dimidia solvenda est Ecclesiæ, cui præfuit: altera pars dimidia distribui debet in pauperes pro anima mortui, *c. 2. h. t. n. 5.* Secundò, Archidiaconi, & alij Prælati, qui in criminibus dispensare nequeunt, aut pœnas commutare, non possunt propter crimina pecuniam exigere, neque pœnam pecuniariam imponere, etiam correctionis causâ, si alia à jure statuta sit, *c. Licèt. 3. h. t. n. 6. & 7.* Tertiò, victus victori condemnandus est in expensas, quando sententia profertur pro parte præsente, in causis pecuniarijs: non autem quando fertur pro parte absente, *c. Calumniam. 4. h. t. n. 8. & 9.* Qui justam causam habuit, non debet condemnari in expensas litis, *cit. n. 9.* Judex tenetur victum in expensas condemnare victori, si is id petijt, aliàs non, *num. 10.*

§. III. *De pœna conventionali, sive quæ pacto, aut contractui est apposita.*

Si uterque contrahentium agat contra contractum, uterque potest exigere pœnam ad invicem promissam ex conventione, quæ tamen, si utraque pars non servet contractum, in effectu tollitur, & pœna cũ pœna compensatur, *c. Constitutus, 7. h. t. n. 11.* Si obligatus solvere certam quantitatem pecuniæ ad certum tempus, cum pacto, ut si non solverit tempore constituto, teneatur ad certam pœnam, si solvit majorem partem debiti, non tenetur integram pœnam solvere, sed solùm pro parte debiti, quæ in termino designato non est soluta, *c. Suam. 9. h. t. n. 13. & 14.* idque ex æquitate canonica, cùm aliud sit de jure civili, *n. eod.*

§. IV. *De pœna depositionis, & degradationis.*

Clerici, qui operam dant bello (injusto) gubernando naves ad pugnam, & qui personaliter confligunt, vel alios incitant ad pugnandum, graviter peccant, ac deponendi sunt ab officio & beneficio, *c. Quod in dubijs. 5. h. t. n. 15.* Præterea Clerici in magnis sceleribus deprehensi debent deponi, & in Monasterium detrudi ad agendam pœnitentiam, *c. Tuæ. 6. h. t. n. 16.* Describitur modus degradandi Clericos, *c. 2. h. t. in 6. n. 17. & 18.* Quæ sint differentiæ inter depositionem, seu degradationem verbalem, quæ fit per simplicem sententiam, quâ Clericus criminosus ab Ordinum ministerio, seu executione depositus declaratur: & inter degradationem actualem, per quam vestibus, & Insignibus Clericalibus actu, & solemni verborum formulâ privatur, *n. 19.* Crimina, ob quæ Clericus actu degradandus est, & tradendus Curiæ seculari, tria sunt Jure expressa, crimen hæresis, crimen falsi commissum in Litteris Apostolicis, & crimen conspirationis in proprium Episcopum, saltem si incorrigibilitas accesserit, *cit. n. 19.*

§. V. *De pœna carceris.*

Licèt carcer specialiter sit inventus ad custodiam, possunt tamen confessi, vel convicti de criminibus plecti pœnâ carceris in perpetuum, vel ad tempus, ad arbitrium, consideratis delictis, personis, & circumstantijs, *c. Quamvis. 3. h. t. in 6. n. 20. & 21.* Quòd si testis variet, & vacillet etiam coram Papa, ideóque incarceretur, non fit infamis, *c. Super his. 8. h. t. num. 22.*

§. VI. *De pœnis occidentium, vel percutientium propriam Episcopum, vel occidentium Rectorem Ecclesiæ, aut Beneficij. Item de pœna litigantis injuriam inferentis Judici.*

Quær. 1. Qualiter puniendi sunt, qui occidunt, vel percutiunt proprium Episcopum, vel Rectorem, aut alium Clericũ alicujus Ecclesiæ? Resp. occidentes Episcopum, seu Prælatum suum, privantur beneficijs & feudis, quæ habent ab illa Ecclesia, & nec ipsi nec eorum hæredes possunt habere illa beneficia, seu feuda, vel alia quælibet de novo, *c. Ad aures. 10. h. t. n. 23. & seq.* Percutiens, capiens, aut banniens Episcopum, vel hoc mandans, aut ratificans, vel si socius in his fuerit, consilium dederit, aut favorem, vel scienter defenderit, incurrit excommunicationem Papæ reservatam. Item Civitas in hoc delinquens, & Officiales ejus varijs pœnis puniuntur, *Clem. 1. h. t. n. 25.* Similiter Patroni, Advocati, vel Vicedomini non debent sibi in Ecclesijs, vel earum possessionibus, & bonis plus vendicare, quàm Jura permittunt, & si secus faciant, per Censuram Ecclesiasticam compescantur. Item si per se, vel per alios præsumpserint occidere Rectorem, vel aliquem Clericum ipsius Ecclesiæ, amittant Jus Patronatûs, advocatiam, feudum, & Vicedominatum, beneficium, & de his nihil perveniat ad hæredes, & posteri eorum usque ad quartam generationem non admittantur in Collegio Clericorum, nec in Domibus Regularium, assequantur honorem alicujus prælationis, nisi cum eis fuerit dispensatum, *c. In quibusdam. 12. h. t. n. 26. & 27.* Porro pœna alicui imposita ab homine, vel à jure, & ejus filijs, ac posteris, usque ad quartam generationem, non extenditur ad descendentes ex linea fœminina, sed tantùm ex masculina, nisi aliud in

jure, vel sententia sit expressum, *c. Ubicunque. 4. h. t. in 6. n. 28. & 29.* Qu. 2. Quomodo puniendus sit litigans injuriam inferens Judici? Resp. litigator, qui temerè prorupit contra assertionem Judicis, dicendo v. g. quòd mentiatur, si constiterit de improbitate litigatoris, arbitrio Superioris puniendus est, *c. Dilectus. 11. h. t. n. 30.*

§. VII. *De pœna persistentis in excommunicatione ultra annum, & pœnis infectantium, percutientium, vel occidentium S. R. Ecclesiæ Cardinales.*

Qui ultra annum pertinaciter in excommunicatione persistit, ei subditi fidelitatem non debent: & si per duos annos, vel ampliùs in ea persistat, absolvuntur Ecclesiæ à jure illi debito, & subditi à juramento fidelitatis domino debitæ denunciandi sunt absoluti, quamdiu in excommunicatione perstiterit, *c. Gravem. 13. & ult. h. t. n. 31. & 32.* Quomodo puniendi sunt persequentes, seu offendentes S.R. Ecclesiæ Cardinales, *c. ult. h. t. in 6. n. 33.*

§. VIII. *Utrùm Metropolitanus possit punire injurias sibi, vel suis illatas à subditis Episcoporum Comprovincialium?*

Archiepiscopus, seu Metropolitanus, dum visitat Provinciam, vel suos ad visitandum mittit, vel Concilium Provinciale convocat, vel aliàs jurisdictionem exercet in Provincia, si sibi, suæque familiæ, aut alijs, etsi de familia sua non sint, injuria inferatur à subditis Suffraganeorum propter injuriam notoriam, & manifestam sibi, vel suis illatam punire potest, etiamsi per has injurias non impediatur sua jurisdictio, *c. 1. h. t. in 6. n. 34.* Quando crimina sunt notoria, potest Archiepiscopus punire subditos Suffraganeorum in tota Provincia, *n. 35.*

§. IX. *Proponuntur Summæ reliquorum Capitulorum, quæ in Clementinis, & utrisque Extravagantibus continentur.*

Quæ pœnæ sint statutæ in *Clement. 2. h. t. n. 36.* Et quæ pœnæ in *Clement. 3. h. t. n. 37.* Item quæ pœnæ in *Extravag. unic. Joann. XXII. n. 38.* Denique quæ pœnæ in *Extravag. unic. Inter communes. n. 39.*

*SERIES CAPITULORUM.*


In Antiquis.

*c. 1. n. 4.*
*c. 2. n. 5.*
*c. 3. n. 6. & 7.*
*c. 4. n. 8. & 9.*
*c. 5. n. 15.*
*c. 6. n. 16.*
*c. 7. n. 11.*
*c. 8. n. 22.*
*c. 9. n. 13.*
*c. 10. n. 23.*
*c. 11. n. 30.*
*c. 12. n. 26. & seq.*
*c. 13. & ult. n. 31. & seq.*

In Sexto.

*c. 1. n. 34.*
*c. 2. n. 17.*
*c. 3. n. 20. & 21.*
*c. 4. n. 28.*
*c. 5. & ult. n. 33.*

In Clementinis.

*Clem. 1. n. 25.*
*Clem. 2. n. 36.*
*Clem. 3. & ult. n. 37.*

In Extravagantibus Joann. XXII.

*Extrav. unic. n. 38.*

In Extravagantibus Communibus.

*Extrav. unic. n. 39.*


## *TITVLVS XXXVIII.*
## DE POENITENTIIS, ET Remissionibus.

Sectio I. *De Pœnitentiis.*

§. I. *De pœnitentia in genere.*

Quær. I. Quid sit pœnitentia, & quot modis accipiatur? Resp. pœnitentia est præterita flendo re, & plangenda iterum non committere: ea duplici accipitur, vel prout est virtus specialis pœnitentiæ: vel secundò prout est Sacramentum legis à Christo institutum, & contritionem, confessionem, & satisfactionem, tertiò pro satisfactione etiam exterius pœnitentiæ, *n. 1.* Qu. 2. Quotuplex pœnitentia sumpta pro satisfactione? Resp. triplex, publica, quæ imponitur, & peragitur pro manifestis peccatis; nam pro manifestis peccatis publica pœnitentia imponenda est, *c. 1. h. t.* Alia est privata, quæ imponitur peccatis secretis, & privatim peragenda, *n. 2.* Rursum pœnitentia publica, alia est solemnis, quæ imponitur nonnisi ob peccatum valde enorme, & toti Reipubl. scandalosum & perniciosum, alia publica, sed non solemnis, quæ fit publicè, & in facie Ecclesiæ, propter grave & publicum crimen, sed non scandalosum, *n. 3.* An Confessarij pro publicis peccatis auditis in confessione possint imponere pœnitentias publicas? *n. 4.*

§. II. *De pœnitentia occidentis Presbyterum.*

Qui Presbyterum occidit, si imponatur pœnitentia XII. annorum, & si est conjugatus, & nolit per totum vitæ suæ tempus privari debet cingulo militari, & manere absque spe conjugij, *c. 2. h. num. 5.*

§. III. *Proponuntur alia quædam Capitula, in quibus agitur de imponenda pœnitentia.*

Inprimis si quis excedat modi in se delendo vel etiam libertatem Ecclesiæ violet, ei imponenda pœnitentia arbitraria, consideratis circumstantijs *c. 3. h. t. num. 6.* Secundò, Sacerdotibus gaudentibus uxores, si ipsorum filij reperiantur non mortui, ipsis procurantibus, vel negligentibus imponitur pœnitentia, ut in perpetuum abstineant ab Altari, & gravior pœnitentia illis, quàm laicis imponitur, non tamen publica, si delictum non sit publicum. Si verò ex incuria eorum filij reperiantur mortui in cunis, & hoc est occultum, ad arbitrium Pœnitentiarij imponitur eis pœnitentia, & terrorem aliorum debent à celebratione Missarum ad tempus abstinere, *c. Quæsitum, 7. h. t. n. 7.* moderatur *n. 8.* Tertiò, pœnitentia moderanda est secundùm arbitrium prudentis & discreti Confessarij non solùm secundùm qualitatem excessûs peccatis, sed etiam contritionem, & alias circumstantias, præsertim si persona sit recenter conversa, *c. Dudum h. t. n. 9.* Quartò, qui jejunare debet ex pœnitentia illi injuncta in pane & aqua, potest dispensare, ne, alijs cibis vesci, non ad delicias, sed ad sustentionem, *c. Licèt, 6. h. t. n. 10.*

§. IV. *De præcepto sacramentaliter confitendi, & semel in anno, & S. Eucharistiam recipiendi in Paschate.*

Omnis fidelis utriùsque sexûs, cùm pervenerit annos discretionis, saltem semel in anno omnia debet sua peccata proprio Sacerdoti, aut de ejus licentia alteri, & Sacramentum Eucharistiæ ad minus in Paschate recipere: alioquin vivens arceatur ab ingressu Ecclesiæ, & mortuus careat Ecclesiastica sepulturâ. Item Sacerdos revelans peccatum in Confes-

fessione auditum; deponendus est ab Officio Sacerdotali, & in arctum Monasterium detrudendus ad agendam perpetuam pœnitentiam, *c. Omnis. 12. h. t. n. 11.* Declaratur *n. 12. & 13.* Utrùm prohibitum sit, non tantùm revelare peccatorem, sed etiam peccatum sibi in Confessione detectum, *n. 14.* Item præcipitur Medicis vocatis ad infirmos, ut ante omnia inducant infirmum ad confessionem, alioquin ab ingressu Ecclesiæ arceantur, donec competenter satisfecerint, *c. Cùm infirmitas. 13. h. t. num. 15. & 2. seqq.*

§. V. *An Confessio illius, qui dicit, se non posse abstinere à peccato, sit admittenda?*

Non est verè pœnitens, qui peccandi propositum non deponit: admittitur tamen ejus confessio, ut ad pœnitentiam salutaribus monitis inducatur, *c. Quod quidam. 5. h. t. n. 18. & seq.*

§. VI. *De Confessione mulieris, quæ partum alienum sibi supposuit, vel proprium ex adulterio suscepit.*

Sicut non est deneganda pœnitentia mulieri, quæ ex adulterio concepit, & genuit prolem, ignorante marito, quia ex timore non vult hoc marito aperire: sic etiam non est deneganda pœnitentia mulieri, quæ inscio viro supposuit partum adulterum, ne hæreditas mariti transeat ad alios, præsertim extraneos, *c. Officii. 9. h. t. n. 20.* Declaratur *n. 21. & seq.* Abbatissa non potest Moniales suas benedicere, nec Confessiones earum audire, nec publicè prædicare, *c. Nova. 10. h. t. n. 23.*

§. VII. *An pœnitentia, & quænam alia, tempore generalis Interdicti, sint concessa, vel non: & an damnatis ad mortem pœnitentia sit concedenda?*

Tempore Interdicti conceditur pœnitentia, & Viaticum morientibus: & Clerici, qui servârunt interdictum generale, possunt cum silentio, id est, sine solemnitatibus, & campanis, in cœmeterio sepeliri. Item in Ecclesiis Conventualibus possunt bini aut terni Horas Canonicas simul recitare, sine cantu, januis clausis, & exclusis excommunicatis, & interdictis, & ita submissè, ut exteriùs non audiantur. Denique Cruce signatis, & peregrinis pœnitentia concedi potest, *c. Quod in te. 11. h. t. n. 24. & 25.* Sed & damnatis ad mortem Sacramentum pœnitentiæ, si id petant, concedi debet, non obstante contrariâ consuetudine, *Clem. 1. h. t.* Imò etiam Sacramentum Eucharistiæ, sive Viaticum, *n. 26.*

§. VIII. *De quæstoribus eleemosynarum.*

Quæstores eleemosynarum, sine Apostolicis, vel Diœcesanorum Litteris admitti non debent, nec populo proponant ultra id, quod in ipsis Litteris continetur, & debent esse modesti, nec in tabernis, vel aliis locis incongruis hospitentur, nec inutiles faciant expensas, *c. Cùm ex eo. 14. h. t. num. 27.* Non debet etiam quæstoribus v. g. pro fabrica Ecclesiæ dari facultas citandi alios, sed solùm charitativè eos monere possunt, *c. 1. h. t. in 6. n. 28.* Et Archiepiscopi in concedendis Indulgentiis non excedant Statutum Concilii Generalis in *c. Cùm ex eo. 14. h. t. n. eod.* Denique Quæstores non esse admittendos, sine Litteris Apostolicis, vel Diœcesanorum, repetitur in *Clement. 2. h. t.* Et per Diœcesanos Litteras Apostolicas examinari debere, & ipsos quæstores, eorúmque excessus per Episcopos puniri debere, non obstantibus privilegiis, *num. 29.* Quid Jure novo Concilii Tridentini statutum sit circa quæstores eleemosynarios, *num. 30. & 31.*

§. IX. *Quinam habeant privilegium eligendi sibi Confessarium?*

Episcopi, iisque superiores, & Prælati inferiores exempti possunt sibi eligere Confessarium, etiam sine licentia sui Superioris, *c. ult. h. t. n. 32. & 2. seqq.* Quando Episcopus concedit suo subdito, ut sibi possit eligere idoneum Confessarium, electus non potest absolvere à casibus reservatis Episcopo: nullâ quoque potest consuetudine induci, ut quis, sine licentia Superioris sui, possit sibi eligere Confessarium, *c. 2. h. t. in 6. n. 35. & seq.*

Sectio II. *De Remissionibus, seu Indulgentiis.*

§. I. *Quid sit Indulgentia, & quotuplex?*

Assertio I. Indulgentia est remissio pœnæ temporalis debitæ Deo, propter peccata actualia commissa post Baptismum, & remissa quoad culpam, extrà Sacramentum, facta per applicationem satisfactionis Christi, & Sanctorum, *Extravag. 2. h. t. n. 37. & 38.* Ass. 2. Indulgentia alia est plenaria, per quam tota pœna in purgatorio pro peccatis luenda remittitur; alia partialis, seu non plena, per quam pars tantùm aliqua pœnæ temporalis remittitur, *num. 39.* Rursum Indulgentiæ aliæ dantur pro vivis, aliæ pro defunctis, *cit. n. 39.*

§. II. *Quinam possint concedere Indulgentias?*

Assertio I. S. Pontifex potest Indulgentias plenarias, & non plenarias, omnibus fidelibus concedere, *cit. Extravag. 2. n. 40.* Ass. 2. Episcopi possunt concedere Indulgentias in suis Diœcesibus, sed limitatè tantùm, ita ut in Dedicatione Basilicæ ultra annum, & in anniversario Dedicationis, & in Litteris Indulgentiarum ab Episcopo concessis remissio ultra XL. dies excedere non debeat, *c. Cùm ex eo. 14. §. Ad hæc. h. t. num. 41. & seq.* Quòd si Indulgentiæ concessæ ab Episcopis excedant annum, vel XL. dies, eæ non valent, *c. 3. & ult. h. t. in 6. n. 43.* Ass. 3. Episcopi suis tantùm subditis Indulgentias concedere possunt, non alienis, & extraneis, *c. Quod autem. 4. h. t.* Et pro vivis tantùm, non autem pro defunctis, *n. 44.* Ass. 4. Archiepiscopus visitans Provinciam potest etiam Indulgentias concedere, sed non ultrà statutum *cit. c. Cùm ex eo. §. Ad hæc. h. t. num. 45.* Utrùm Prælati inferiores Episcopo, vi consuetudinis legitimè præscriptæ, possint Indulgentias concedere, *n. 46.* Etiam exempti possunt lucrati Indulgentias Episcopales, *n. 47.*

§. III. *De anno Jubilæo.*

Inprimis centesimo quoquo anno concessa fuit plenissima peccatorum venia visitantibus Basilicas SS. Apostolorum Petri, & Pauli, *Extravag. Comm. 1. h. t. n. 48.* Postea verò quinquagesimo quoquo anno, *Extravag. 2. eod. n. 49.* Denique annus Jubilæus ad brevius tempus redactus fuit, ut videlicet XXV. quoquo anno celebraretur, *Extravag. Quemadmodum. 4. h. t. n. 50.* Præterea in *Extravag. Etsi. 3. h. t.* plures casus enumerantur, à quibus nullus potest absolvere, sine speciali licentia Sedis Apostolicæ, *n. 51.* Item in *Extrav. Etsi. 5. & ult. h. t.* revocantur multæ Indulgentiæ, & facultates absolvendi à casibus in

Bulla Cœnæ contentis, item commutandi quinque vota Papæ reservata, *n.* 52.

## *SERIES CAPITVLORVM.*

### In Antiquis.

*c.* 1. *n.* 2. & 4.
*c.* 2. *n.* 5.
*c.* 3. *n.* 6.
*c.* 4. *n.* 44.
*c.* 5. *n.* 18.
*c.* 6. *n.* 10.
*c.* 7. *n.* 7. & *seq.*
*c.* 8. *n.* 9.
*c.* 9. *n.* 20. & 22.
*c.* 10. *n.* 23.
*c.* 11. *num.* 24. & *duobus seqq.*
*c.* 12. *n.* 11. & *seq.*
*c.* 13. *n.* 15. & 17.
*c.* 14. *in princ. n.* 27. §. *Qui autem. num. eod.* §. *Ad hæc. n.* 41. 42. 43. & 45.
*c.* 15. *n.* 45.
*c.* 16. & *ult. num.* 32. & *seq.*

### In Sexto.

*c.* 1. *n.* 28.
*c.* 2. *n.* 35. & *seq.*
*c.* 3. & *ult. n.* 43.

### In Clementinis.

*Clement.* 1. *n.* 26.
*Clement.* 2. *n.* 29.

### In Extravagant. Communibus.

*Extravag.* 1. *num.* 48. & *seq.*
*Extravag.* 2. *post princ. n.* 38. 39. 40. & 49.
*Extravag.* 3. *n.* 51.
*Extravag.* 4. *n.* 50.
*Extravag.* 5. & *ult. num.* 52.

---

# *TITVLVS XXXIX.*

## DE SENTENTIA EXCOMMUNICATIONIS, Suspensionis, & Interdicti.

### Sectio I. *De prima Censura Ecclesiastica, nempe Excommunicatione.*

#### §. I. *Quid, & quotuplex sit Censura?*

Assertio I. Censura in genere est pœna quædam spiritualis ac medicinalis, privans usu aliquorum bonorum spiritualium per Ecclesiasticam Potestatem inflicta delinquenti, donec à contumacia recedat, *n.* 1. & 2. Ass. 2. Tres tantùm sunt censuræ propriè dictæ, excommunicatio, suspensio, & interdictum, *n.* 3.

#### §. II. *Quid, & quotuplex sit Excommunicatio, & quâ formâ fieri debeat?*

Assertio I. Excommunicatio in genere est censura Ecclesiastica, per quam Christianus à Communione Ecclesiæ, seu aliorum infidelium separatur. Est autem triplex fidelium communicatio, purè interna, purè externa, & media, seu mixta, *n.* 4. Ubi id declaratur, & *n.* 5. & 6. Ass. 2. Excommunicatio primò dividitur in majorem, & minorem, *c. Si quem.* 59. *h. t.* & quæ sit major, quæ minor excommunicatio, *n.* 7. & 8. Dividitur secundò, excommunicatio in eam, quæ fertur à jure, & eam, quæ fertur ab homine, seu Judice, *n.* 9. Tertiò, in eam, quæ ipso facto incurritur, & eam, quæ per sententiam Judicis infertur. Quartò, alia est excommunicatio justa, alia injusta. Quintò, alia generalis, quæ fertur in communi, alia particularis, quæ fertur in particulares personas, *cit. n.* 9. Ass. 3. Ad ferendam excommunicationem non requiritur certa verborum forma, sed satis est, ut congruè exprimatur mens excommunicare volentis, *num.* 10. Modus autem ac forma excommunicandi præscribitur in *c.* 1. *h. t. in* 6. *num.* 11. & *seq.*

#### §. III. *De effectibus excommunicationis majoris, sive minoris.*

Quær. 1. Qui sint effectus excommunicationis majoris? Resp. Primus effectus est privatio administrationis, seu collationis Sacramentorum, *n.* 13. Sacramenta tamen administrata ab excommunicato valida sunt, *n.* 14. Secundus effectus est privatio perceptionis Sacramentorum, ita ut nullus excommunicatus licitè possit ullum Sacramentum percipere, *num.* 15. Tertius est, privatio communionis fidelium Suffragiorum, *n.* 16. Quartus est, quòd non possit interesse Divinis Officiis, quæ ab Ecclesia publicè, & solemniter fiunt, *n.* 17. Quintus est, quòd excommunicatus privatur omni usu, & exercitio jurisdictionis Ecclesiasticæ, *n.* 18. Sextus est privatus omni communicationis forensis, ita ut excommunicatus non possit esse Judex, actor aut testis in judicio primo in causis civilibus, *c. Decernimus.* 8. *h. t. in fin.* & 19 & 20. Septimus est, privatio omnis communionis civilis, ac politicæ cum aliis fidelibus, *c. Nos per.* 29. & *c.* 41. & *c. pen. h. t. n.* 21. Oblata inhabilitas ad quodvis Officium Ecclesiasticum obeundum, *n.* 22. Nonus privatio Ecclesiasticæ sepulturæ, *n. eod.* Quær. 2. Quis sit effectus trinotis excommunicationis? Resp. Effectus primarius est, quòd privet perceptione Sacramentorum, alius est, quòd excommunicatus ad beneficium Ecclesiasticum admitti non possit, *n.* 23.

### Sectio II. *De causis excommunicationis.*

#### §. I. *Quinam possint excommunicare, vel excommunicari?*

Assertio I. Omnes & soli illi habent potestatem excommunicandi (idemque est de aliis mentis) Jure communi, & ordinario, qui jurisdictionem Ecclesiasticam in foro externo habent, *n.* 24. Excommunicare non possunt laici, nec Clerici conjugati, nec fœminæ etiam Abbatissæ, aut Moniales, *n.* 25. Ass. 3. Excommunicari possunt omnes illi homines viventes, baptizati, rationis & doli capaces. Unde non possunt excommunicari non baptizati, nec infideles, nec carentes ratione, nec non fideles, *n.* 26. Neque Universitas, *c. Romana.* 5. §. *hinc. h. t. n.* 6. *n.* 27. Excommunicatio generaliter lata ligat solùm subditos excommunicantis, non autem peregrinos, seu extraneos, *c. Audivimus.* 21. *h. t. n.* 23. &c.

#### §. II. *Ob quam causam excommunicatio, vel alia censura ferri possit?*

Assertio I. Ob solum peccatum mortale infligi potest excommunicatio, vel alia censura, requiritur tamen, ut simul sit peccatum contumaciæ, *n.* 30. Ass. 2. Excommunicatio non potest ferri ob peccatum merè internum, aut omnino occultum, *n.* 31. Ass. 3. Excommunicatio nunquam infligi debet ob peccatum merè præteritum, *num.* 32. Ad incurrendam excommunicationem requiritur effectus externus, sive peccatum in suo genere completum, ita ut effectus sit secutus, *n.* 33.

#### §. III. *An excommunicationem necessariò præire debeat admonitio Canonica, & quomodo aliàs præmitti debeat excommunicatio?*

Assertio I. Nulla excommunicatio ab homine, seu Judice lata, propter peccatum præteritum, vel præsens, in quo reus contumaciter perstitit, infligi debet, nisi præcesserit aliqua monitio, &c. sive

43. *h. t. n.* 34. *&* 35. Ass. 2. Ad incurrendam excommunicationem latam à Jure, seu Canone pro culpa futura ipso facto incurrendam non est necessaria alia admonitio, *n.* 36. Ass. 3. Si à jure decreta sit excommunicatio ferendæ sententiæ; sive per Judicem, ea reo infligi non debet etiam convicto aut manifesto, nisi præcedente monitione, *n.* 37. Etsi legitima admonitio præcesserit, Prælatus non debet aliquem, absque manifesta, & rationabili causa excommunicare: quòd si excommunicavit, sine manifesta, & rationabili causa, & requisitus non curavit processum, absque gravamine, revocare, potest gravatus conqueri apud Superiorem, qui si non est periculum in mora, illum remittere debet, cum suo mandato ad excommunicatorem ab eo absolvendum, intra certum terminum, alioquin per se, vel per alium absolvat, receptâ sufficiente cautione. Si verò de injusta excommunicatione constet, debet excommunicator condemnari ad interesse excommunicato, & arbitrio Superioris puniri pro qualitate culpæ, nisi erraverit ex causa probabili. Quòd si conquerens nihil rationabile probet contra sententiam excommunicationis, debet & ipse condemnari ad interesse, nisi probabilis error ipsum excuset, & super eo, propter quod fuit excommunicatus, satisfacere compellatur, vel reducatur in pristinam excommunicationem, donec satisfecerit. Denique si excommunicator paratus sit revocare sententiam, & excommunicatus appellet, non est audiendus, nisi talis sit error, de quo meritò potest dubitari: & tunc eum absolvat, receptâ cautione coram Judice, quòd juri parebit, & sic pœnam præscriptam evitabit, caveat tamen, ne malitiosè mentiatur in præjudicium alterius, *cit. c. Sacro. n.* 38. Declaratur *n.* 39.

§. IV. *Quibus casibus censura excommunicationis, vel alia sit injusta, & quibus etiam invalida?*

Assertio I. Censura excommunicationis, vel alia interdum solùm est illicita, & injusta, sed valida tamen, & quæ obligat: vel non tantùm injusta est, sed etiam invalida, eáque ex triplici capite: vel ob defectum jurisdictionis in ferente illam, vel ob defectum substantialis ordinis judicii, vel ob defectum justæ causæ, *num.* 40. Ass. 2. Excommunicatio, vel alia censura, justa quidem secundùm allegata, & probata, sed à parte rei injusta, valida est, & obligat in foro externo: non tamen est valida, nec obligat in foro interno conscientiæ, *n.* 41.

§. V. *An, & qualis ignorantia, & quis metus excuset ab excommunicatione, vel alia censura?*

Assertio I. Ignorantia facti, quæ excusat à culpa, excusat etiã à quavis censura. Unde si ignorans percutiat Clericum, quem probabiliter ignorat esse Clericum, non est excommunicatus: & si est dubium an ignoraverit, jurare debet, se ignorâsse, & si jurare recuset, habetur pro excommunicato, *c. Si verò. 4. h. t. n.* 42. An ignorantia facti concomitans excuset à censura, *n.* 43. Item an excommunicationem incurrat is, qui volens percutere Petrum Clericum, percutit Paulum Clericum, vel volens percutere Titium laicum, percutit Cajum Clericum, vel si quis percutiat Clericum, quem putat esse laicum, *cit. n.* 43. Ass. 2. Ignorantia inculpabilis Juris Ecclesiastici, sive communis, sive particularis, quod prohibet aliquid sub excommunicatione, excusat ab illa incurrenda, etiamsi quis sciat, id prohibitum esse lege naturali ac Divinâ, *n.* 44. Ass. 3. Ignorantia invincibilis, non solùm Juris Ecclesiastici præcipientis, vel prohibentis aliquid sub excommunicatione, vel alia censura, sed etiam sola ignorantia ipsius pœnæ, sive censuræ, excusat ab ipsa censura, *n.* 45. Non solùm ignorantia inculpabilis, sed etiam culpabilis, sive facti, sive juris imponentis censuras, excusat ab excommunicatione, vel alia censura, dummodo non sit crassa, aut supina, *n.* 46. Ass. 5. Quando metus gravis excusat à peccato contra præceptum Ecclesiæ, tum excusat etiam ab excommunicatione, vel alia censura incurrenda, *n.* 47.

Sectio III. *De Excommunicatione in specie, & inprimis de illa, quæ Jure decreta est ob percussionem Clerici.*

§. I. *Quænam Jure Canonico statuta sunt circa percussionem Clericorum.*

Generatim statuta est excommunicatio in percutientes Clericos, *c. Si quis suadente. 29. caus. 17. q. 4. n.* 48. Idque declaratur *num.* 49. Nomine autem Clericorum comprehenduntur etiam Novitii, *c. Religioso. 21. §. Quamvis. h. t. in 6. n.* 50. Secundò, qui detinet Clericum in custodia, seu carcere, etiam sine alia læsione, excommunicatus est, *c. Nuper. 29. in princ. h. t. n.* 51. Tertiò, excommunicationem incurrit etiam is, qui manus violentas injicit in Clericum etiam consentientem, licèt hoc faciat in compensationem præcedentis injuriæ, *c. Contingit. 36. h. t. num.* 52. Quartò, excommunicationem latam in percutientes Clericos incurrit etiam mandans, consulens, consentiens, si sequatur percussio, *c. Mulieres. 6. §. Illi verò. h. t. n.* 53. Quintò, si mandans percussionem revocavit mandatum, sed notitia revocationis non pervenit ad mandatarium, & is nihilominus percussit Clericum, excommunicatus est mandans, *cit. n.* 53. Sextò, etiam is, qui ratam habet percussionem Clerici suo nomine factam, excommunicationem incurrit, *c. Cùm quis. 23. h. t. in 6. n.* 54. *& seq.* Denique excommunicati etiam sunt, qui permittunt percuti Clericum, & non impediunt, cùm possent ac deberent, *c. Quantæ. 47. h. t. n.* 56.

§. II. *Quis possit absolvere ab excommunicatione Canonis, ob percussionem Clerici, vel Monachi?*

Duplex est percussio Clerici, una modica, seu levis, altera gravis, seu enormis, *n.* 57. Ass. 1. Ab excommunicatione Canonis, ob percussionem Clerici modicam, seu levem, potest absolvere Episcopus, *c. Pervenit. 17. h. t.* Imò etiam Prælatus inferior habens jurisdictionem quasi Episcopalem, *cit. n.* 58. Ass. 2. Si Ostiarius alicujus secularis Potestatis, prætextu officii, Clericum percusserit, non graviter, ab Episcopo absolvi potest, si fortè arcendo turbam, Clericum non ex deliberatione, sed casu fortuito læserit. Si verò Officialis deliberatè alicui Clerico manus injecerit, per Papam absolvi debet, *c. Si verò. 3. in princ. h. t. n.* 59. Ass 3. Si Monachi, vel Canonici Regulares se invicem in claustro percusserint, non graviter, absolvendi sunt per Abbatem suum: si verò hujus discretio deficiat, recurrendum est ad Episcopum, ut ipsos corrigat, & absolvat, *c. 2. h. t. n.* 60. Absolutio illorum, qui violentas manus injiciunt in

Clericos, est reservata Sedi Apostolicæ, exceptis quibusdam casibus. Quòd si excommunicatus, ob percussionem Clerici, non ignarus excommunicationis fecit se ordinari, si est Clericus secularis, in perpetuũ deponendus est ab Ordinibus: si regularis, suspensus est ab executione Ordinis suscepti. Qui verò ex ignorantia juris, vel facti, sic excommunicatus recipit Ordines, si est Clericus secularis, solus Papa cum eo dispensat; si Regularis, dispensat Abbas, modò ignorantia sit probabilis, & factum non sit grave, *c. Cùm illorum. 32. h. t. num. 61. & 62.* Si Monachus, seu Religiosus percussit Clericum secularem, nonnisi à Papa absolvi potest: poterit tamen tunc Religiosus etiam ab Episcopo absolvi, si percussio sit levis, in eo casu, in quo Episcopus absolvere posset Clericum secularem, qui alium Clericum percussisset, *c. Religioso. 21. in princ. h. t. in 6. n. 64.* Hodie tamen habent multi Religiosi privilegium Apostolicum, ut possint à Prælatis suis absolvi, etiam ob gravem percussionem, *n. 65.* Similiter FF. Hospitalis Hierosolymitani, si se invicem percusserint, & excessus non sit enormis, ex privilegio Apostolico absolvi possunt per eorum Priorem, *c. Canonica. 50. h. t. num. 66.*

### §. III. *De nonnullis casibus, in quibus percutiens Clericum, vel Monachum excommunicationem Canonis non incurrit.*

Plures sunt hujusmodi casus. Veluti primò, si quis repellat vi Clericum sibi vim inferentem, *c. 3. §. Si verò. h. t. n. 67.* Alij casus, in quibus excommunicatio non incurritur, ob percussionem Clerici, habentur in *c. Ex tenore. 10. h. t.* nempe si quis percutiat Clericum defensionis causâ, vel ex mandato Prælati, vel percutiens sit ejus Prælatus, aut Magister, vel socius in eadem Ecclesia, *n. 68.* Secundò, qui Clerico cum uxore sua turpiter invento, vel cum matre, sorore, aut propriâ filiâ, violentas manus injicit, vel etiam eum interficit, non est excommunicatus: secus si inveniat cum alia consanguinea sua non ita propinqua, *cit. c. 3. §. Nec ille. h. t. n. 69. & 70.* Tertiò, excommunicationem Canonis non incurrunt, qui percutiunt Clericum disciplinæ, seu correctionis causâ, ut Prælatus Ecclesiasticus subditũ suum regularem, Magister discipulum, pater filium; & de Prælato percutiente Clericum subditum regularem habetur in *c. Universitatis. 24. h. t.* ita tamen ut non per laicum, sed Clericum percutiat: idque extenditur ad omnes Prælatos etiam seculares, quòd Clericos seculares eis subditos, nonnisi per Clericos verberare possint, *n. 71.* Præterea Magister, seu Præceptor disciplinæ causâ verberare potest Clericos etiam in majoribus Ordinibus constitutos, absque incursu excommunicationis, & multò magis in minoribus constitutos, *c. Ex tenore. 10. h. t. c. Cùm in voluntate. 54. §. Siqui verò. h. t. n. 72.* Clerici impuberes plenum usum rationis habentes se invicem percutientes incurrunt quidem excommunicationem, sed absolvi possunt ab Episcopo. Clerici puberes, si ex levitate solùm, & joco se invicem percutiant, non sunt excommunicati: secus si ex odio, & indignatione, *c. 1. h. t. n. 73. & 74.* At verò percutiens Clericum excommunicatum violentas manus ei injiciendo, non evadit excommunicationem, *cit. n. 74.* Denique pater castigans filium in Sacris constitutum excommunicationem Canonis non effugit, quamvis aliqui contrarium teneant, *num. 75.*

### §. IV. *In quibus casibus Episcopus Diœcesanus possit absolvere ab excommunicatione contracta ob percussionem Clerici?*

Plures sunt hujusmodi casus. Veluti primò, urgente mortis periculo: quamvis tunc quilibet simplex Sacerdos absolvere possit, *c. Si quis suadente. caus. 17. q. 4. n. 76.* Secundò, percutiens Clericorum, si sint mulieres, senes, infirmi, vel manuum mutilati, possunt ob violentam manuum injectionem in Clericum ab Episcopo absolvi, facta prius satisfactione offensis: alij verò pauperes, vel divites debent absolvi à Papa, vel ejus Legato, *c. Ex suscitatione. 13. de sent. excom. in 6. n. 77. & 78.* Tertiò, mulieres, vel aliæ personæ quæ non sunt sui juris, ut servi ob violentam injectionem manuum ab Episcopo absolvi possunt: & quid fluctuatur de illis personis, quæ sunt magnæ potentiæ, & ita delicatæ, ut non possint se sistere Papæ pro absolutione, habetur in *c. Mulieres. 6. in princ. q. 5. n. 79.* Quartò, qui percussit graviter Clericum, eique lacrymas fecit pro injuria illata, non ideo potest absolvi ab Episcopo, nisi in certis casibus expressis in *c. Quamvis. 58. h. t. n. 80. & 81.* Quintò, excommunicatus ob percussionem, si non potest ire Romam, ob paupertatem, gravem infirmitatem, vel senectutem, absolvi potest ab Ordinario, sed jurare debet, quòd si sumptis viribus, & datâ opportunitate, Romam ire velit, *c. Quod de his. 26. h. t. n. 82.* Sextò, excommunicatus, ob percussionem Clerici, si propter capitales inimicitias, vel aliud legitimum impedimentum pro absolutione non potest venire Romam, potest absolvi ab Episcopo, cum juramento se sistendi Papæ, sublato impedimento, *c. De cætero. 17. h. t. n.* Septimò, Moniales, si seipsas invicem, vel confessos aut conversas suas, vel Clericum secularem percusserint, absolvi debent ab Episcopo, in cujus Diœcesi est situm Monasterium, *c. De Monialibus. 33. n. 84. & 85.* Octavò, servus excommunicatus ob percussionem Clerici, tenetur pro absolutione adire Papam, sed si inde Dominus, qui non fuit in culpa, grave damnum patiatur, vel servus id fecit in ejus fraudem, potest absolvi ab Episcopo, si percussio non fuit enormis, *c. Relatum. 37. h. t. n. 86.* Nonò, denique, si pueri ob percussionem Clerici, etiam post pubertatem postulent absolvi, potest eos Episcopus absolvere, *c. 60. & ult. h. t. n. 87.*

### §. V. *Proponuntur, & explicantur reliqua Canones hujus Tituli, in quibus agitur de excommunicatione ob percussionem Clerici, vel Monachi.*

Inprimis percutiens Clericum, licèt sit occultus, & non convictus, debet satisfacere, & ire Romam, quia solus Papa potest illum absolvere, *c. Pervenit. h. t. n. 88.* Secundò, percutiens Monachum etc. Conversum, est excommunicatus, & denunciatus debet ut vitandus, nec potest absolvi, nisi satisfaciat læsis, & adeat Papam, *c. Parochianos. 9. h. t. num.* Tertiò, percussor Clericorum manifestus, licet non sit denunciatus, vitari tamen debet: occultus verò

sciente tantùm, & in secreto. Item qui occidit Clericum, qui contempto habitu Clericali, enormitatibus se immiscet, non est excommunicatus, asperiùs tamen puniendus est, quàm qui laicum occidit, &c. *Cùm non ab homine.* 14. *h. t. n.* 90. *& seq.* Quartò, Sacerdos, qui dimisso habitu, & tonsurâ Clericali, enormitatibus se immiscuit, si verberetur, & occidatur, occidens non tenetur ire Romam pro absolutione: Ordinarius tamen potest pœnam competentem illi imponere, quia non propulsando, sed inferendo injuriam, fuit occisus, & sic amisit privilegium Canonis, non autem fori, *c. Perpendimus.* 23. *h. t. n.* 92. *& duobus seqq.* Quin Legatus à Latere potest absolvere ab excomunicatione contracta ob percussionem Clerici, etiamsi id non habeat expressum in mandato, *c. Ad eminentiam.* 20. *h. t. n.* 95.

### §. VI. *De alijs excommunicationibus specialibus contentis in hoc Titulo, quæ infliguntur ob varia crimina.*

Inprimis Clerici, qui scienter & sponte participant cum excommunicatis à Papa, admittendo eos ad Divina Officia, sunt etiam excommunicatione majore excommunicati, & pro absolutione mittendi sunt Romam cum Litteris Ordinarij, *c. Significavit.* 18. *h. t. n.* 96. Secundò, excommunicati, & publicati nonnisi à Papa absolvi possunt, *c. Tua nos.* 19. *h. t. n.* 97. *& seq.* Tertiò, effringentes Ecclesias, & spoliantes sunt excommunicati, & denunciandi, donec congruè satisfaciant, & resarciant damna, & cum Litteris Ordinatij mittendi sunt ad Papam pro absolutione, *c. Conquesti.* 22. *h. t. n.* 99. *& duobus seqq.* Quartò, excommunicantur omnes, qui dant licentiam molestandi, vel gravandi in personis, vel bonis illorum, qui excommunicaverunt, vel interdixerunt, vel quorum occasione hæ sententiæ sunt prolatæ, vel qui observant illas sententias, vel eos, qui cum prædictis nolunt communicare, nisi re integrâ licentiam revocaverint, vel re non integrâ, si occasione licentiæ sit processum ad capienda bona, nisi infra octo dies restituant, vel satisfaciant. Item excommunicati sunt, qui ausi sunt uti dictâ licentiâ, vel qui motu proprio, sine licentia aliquid prohibitum ex prædictis committunt. Ille verò, qui in hac excommunicatione permanserit per duos menses, non poterit postea absolvi, nisi per Papam, *c. Quicunque.* 11. *h. t. in* 6. *n.* 102. *& duobus seqq.* Quintò, absolutus propter mortis periculum, vel aliud impedimentum, à quo aliàs non poterat, si deinde cessante periculo, vel impedimento, se non præsentet, cùm commodè potest, ei, à quo aliàs erat absolvendus, reincidit in eandem excommunicationem, vel censuram. Similiter is, qui absolutus fuit à Papa, vel ejus Legato, ut se sistat Superiori immediato, ad satisfaciendum injuriam passis, si hoc non faciat, reincidit in eandem censuram, *c. Eos.* 22. *h. t. in* 6. *num.* 105. *& seq.*

### §. VII. *De excommunicatione, quæ infertur conjugi nolenti reddere debitum, ob allegatum impedimentum dirimens matrimonium cum altero conjuge.*

Si conjux certò sciat impedimentum matrimonij, quamvis illud probare non possit, non debet reddere debitum, sed potiùs excommunicationem pati, quàm peccare mortaliter per copulam. Si autem credat adesse impedimentum ex causa probabili, & discreta, potest reddere, sed non petere. Si denique credit ex levi, & temeraria causa, tunc depositâ conscientiâ, ad consilium sui Pastoris, potest debitum reddere, & petere, *c. Inquisitioni.* 44. *h. t. num.* 107. *& seq.*

### §. VIII. *De excommunicatione lata contra violatores libertatis Ecclesiasticæ.*

Omnes hæretici utriûsque sexûs, & fautores, ac defensores eorum excommunicantur, & quicunque violatores Ecclesiasticæ libertatis, & qui faciunt servari Statuta edita, & consuetudines introductas contra libertatem Ecclesiasticam, *c. Noverit.* 49. *h. t. n.* 109. Item Consiliarij, & Officiales locorum, in quibus sunt Statuta contra libertatem Ecclesiasticam, sunt excommunicandi, nisi illa deleverint, & Statutarij, si habeant feuda Ecclesiastica, illis privari debent, *c. Gravem.* 53. *h. t. n.* 10.

## Sectio IV. *De excommunicatis vitandis, & non vitandis, & prohibita, vel concessa communicatione cum illis.*

### §. I. *Quinam excommunicati sint vitandi, vel non?*

Assertio I. Jure communi Canonico omnes ligati majore excommunicatione sunt vitandi in Divinis, & humanis, occulti privatim, manifesti publicè. Idque extenditur, ut nullus privilegio Sedis Apostolicæ se tueri possit, quominùs etiam ipsi vitare debeant excommunicatos, *c. Nulli.* 8. *h. t. n.* 111. An præceptum de vitandis excommunicatis sit Juris Divini, *n.* 112. Assert. 2. Post Concilium Constantiense tantùm vitari debent duo genera excommunicatorum, videlicet qui non tantùm publicè sunt excommunicati, sed etiam nominatim denunciati, vel notorij Clericorum percussores, *num.* 113. Quinam sint tales? *n.* 114. Assert. 3. Reliqui verò excommunicati tolerati non sunt vitandi, *num.* 115.

### §. II. *Quæ personæ, & ob quas causas excusentur, ut licitè communicare possint cum excommunicato vitando?*

Prima causa excusans, ob quam permittitur communicatio cum excommunicato non tolerato, seu vitando, est propria notabilis utilitas, vel etiam ipsius excommunicati spiritualis, vel temporalis, *c. Responso.* 43. *in princ. h. t. num.* 116. Unde licitum est communicare cum excommunicatis in ijs, quæ ad eorum correctionem, absolutionem, & salutem animæ pertinent, *c. Cùm in voluntate.* 54. *in princ. h. t. num.* 117. Item Prædicatores, præsertim, qui aliàs se sustentare non possunt, qui apud excommunicatos prædicant, vel Confessiones audiunt, possunt licitè eleemosynam ab eis exigere, *cit. c. Cùm in voluntate. §. Prædicatores. h. t. cit. num.* 117. Et generatim loquendo, licitum est cum excommunicato, etiam non tolerato, communicare,

quoties

quoties ejus opera ad nos, vel res nostras tuendas est necessaria, *c. Si verè. 34. h. t. num.* 118. Et hinc etiam licitè potest ab excommunicato exigi, & recipi debitum, *num.* 119. Secunda causa excusans est lex matrimonii, nam uxor licitè potest communicare cum marito excommunicato, reddendo ei debitum, & petendo, & in omnibus aliis ad matrimonium spectantibus, *num.* 120. Tertia causa excusans est subjectio, nam qui alicui sunt subjecti, possunt eidem excommunicato etiam denunciato, & vitando communicare, quia debent illi obedientiam, quæ per censuram auferri non debet. Ubi tamen distinguendum est, nam qui ante excommunicationem alicui sunt obligati ad familiare obsequium præstandum, tenentur etiam excommunicato non tolerato communicare: alii verò non tenentur, nisi urgente necessitate, *c. Inter alia. 31. h. t. num.* 121. Quinam in specie communicare possunt cum excommunicatis etiam non toleratis, *num.* 122. *& seq.* Facultas communicandi cum excommunicatis non habet locum, si communicatio fiat in crimine, ob quod pater, Dominus, Prælatus, vel Episcopus excommunicatus fuit, *num.* 124. Quarta causa excusans est ignorantia, ut si quis ignoret, aliquem esse excommunicatum, potest cum illo communicare, sive sit ignorantia juris, sive facti, dummodo non sit ignorantia crassa, & affectata, *num.* 125. Quinta causa excusans est necessitas, sive ea sit corporalis, sive spiritualis ipsius excommunicantis, vel excommunicati, licitum enim est ob illam communicare cum excommunicato, etiam non tolerato, *num.* 126.

### §. III. *De communicante cum excommunicato in crimine, ejúsque pœna, & absolutione.*

Qui nominatim excommunicato scienter communicat in crimine, propter quod lata est excommunicatio, v. g. dans ei auxilium, vel favorem, incurrit similiter excommunicationem majorem, & absolvi debet ab excommunicatore cum juramento. Si verò communicat non in crimine, sed aliàs v. g. in orando, vel comedendo, tunc potest absolvi à proprio Sacerdote, *c. Nuper. 29. §. In secunda, & §. Is autem. h. t.* Quòd si absolvendus difficulter aut justâ causâ impeditus non potest accedere ad Excommunicatorem pro absolutione, à suo Episcopo, vel simplici Sacerdote absolvendus est, præstitâ cautione, quòd parebit mandatis excommunicatoris, *cit. c. Nuper. in fine, num.* 127. Quæ requirantur, ut participans in crimine cum excommunicato excommunicationem incurrat, *n.* 128. Et quæ sit differentia inter communicantem in crimine, & extra crimen, *num. eod.* Si concubinæ Clericorum sint excommunicatæ, quia noluerunt recedere à Clericis concubinariis, tunc hi quoque sunt excommunicati, quia participant criminosis in crimine, *c. Si concubinæ. 55. h. t. num.* 129.

### §. IV. *Quænam præterea statuta sint Jure Canonico circa communicationem cum excommunicatis.*

Nullus potest communicare cum excommunicato, antequam is absolvatur, licèt paratus sit mandatis Ecclesiæ, vel compositionem faciendo offenso. Item quando quis est inhærens communicationi, non est ei communicandum, priùs se purget, vel ad cautelam abstineat, *c. Cum desideres. 15. h. t. n.* 130. *& seq.* Quamvis excommunicatus juraverit de stando mandatis Ecclesiæ, huc tamen est excommunicatus, nec communicandum, donec absolvatur. Nullus autem censetur communicare cum nominatim excommunicato, præter personas specialiter exceptas in *c. Quoniam multi. 103. caus. 11. q. 3.* Qui verò scienter communicant cum nominatim excommunicatis, si admoniti non desistant, sunt excommunicandi: si verò ignoranter communicant cum eo, qui per sententiam declaratoriam communicatus, & ipsi cum participibus suis ipso facto sunt excommunicati majore excommunicatione, *c. Quod in dubiis. 30. h. t. n.* 132. *& seq.* Item ea non potest Judex excommunicare majore excommunicatione participantes cum excommunicato in eo, nisi præmissâ canonicâ monitione, aliàs tamen Constitutionibus contra eos latis, qui præcipiunt participare in crimine: aliter verò excommunicatio lata in participantes non tenet, & proinde ipsi non sunt puniendi, *c. Statutum. 3. h. t. in 6. n.* 134. *& seq.* Quando communicans cum excommunicato potest excommunicari majore excommunicatione, *n.* 136. Excommunicatio lata in participantes cum excommunicato non valet, nisi etiam nominatim exprimantur hi, qui monentur. Judices autem quando faciunt Canonicas monitiones, videre debent competentia intervalla dierum, alioquin facti aliter suadeat illa esse moderanda, *c. Confusionem. 9. h. t. in 6. n.* 137. *& seq.* Similiter omnia suspensionis, vel interdicti lata in participantes tenet, nisi præmissâ Canonicâ monitione, *c. Sicut. 18. h. t. in 6. n.* 139. Qui communicavit cum excommunicato in mensa, vel in Divinis, non potest ei communicationem objicere, vel eum denunciare, quem non præmonuit, *c. In præsentia. 46. h. n.* 140.

### Sectio V. *De absolutione ab excommunicatione, & punitione Clericorum criminosorum, citra mortem, seu periculum excommunicationis.*

### §. I. *Quinam possint absolvere ab excommunicatione majore, vel minore?*

Assertio I. Ab excommunicatione [illegible] jure, sed non expressè reservatâ Papæ, non tantùm Episcopus, vel alius Episcopalem jurisdictionem habens, sed etiam proprius Parochus, seu Sacerdos qui ejus vices gerit, absolvere potest, *n.* 141. Abbas verò nullam habent Jure communi potestatem ordinariam absolvendi ab excommunicatione, nec excommunicare possunt: habent tamen potestatem absolvendi ab excommunicatione majore vel minore ex commissione juris quasi delegatam, *c. Nuper. 29. h. t.* vel ex commissione Papæ, quæ ea sæpe necessaria est ad Sacramentalem absolutionem à peccatis, *cit. n.* 141. Ass. 2. Ab excommunicatione juris, sive Canonis reservata absolvere [illegible]

regulariter auctor, sive is, qui eam reservavit, vel ejus Superior, vel is, cui auctor absolutionem commisit, non alius inferior, *n.* 142. Ass. 3. Ab excommunicatione lata ab homine, seu Judice generaliter, v.g. qui tale crimen commisit, sit excommunicatus, potest absolvere, qui eam tulit, vel ejus Superior, vel etiam inferior, nempe Parochus, seu simplex Sacerdos. At verò ab excommunicatione lata ab homine in specie, contra certam personam, regulariter absolvere potest, qui eam tulit, vel ejus Superior, vel Successor, vel delegatus, *n.* 143. Ass. 4. Ab excommunicatione minore à jure lata absolvere potest proprius Sacerdos ipsius excommunicati, *n.* 144. Si duo habentes potestatem absolvendi à minore excommunicatione, sint illâ ligati, possunt se invicem absolvere ab hujusmodi excommunicatione; *c. Duobus. 56. h. t. n.* 145.

§. II. *An ab excommunicatione lata ab Episcopo Suffraganeo in suos subditos possit Archiepiscopus, seu Metropolitanus absolvere, sive ante appellationem, sive post illam, & qualiter Metropolitanus in hujusmodi absolutione ab excommunicatione debeat procedere?*

Si excommunicatus ab Episcopo appellat ad Metropolitanum, & vult probare excommunicationem esse nullam, quia post legitimam appellationem lata fuit, vel continebat errorem intolerabilem, admitti debet ad horum probationem, licèt absolutionem non petat: in aliis tamen vitandus est, donec de illis constiterit: quamvis Sedes Apostolica consueverit tales ad cautelam absolvere. In aliis verò appellans non est audiendus, nisi petat absolvi, & tunc Metropolitanus debet illum absolvere: nisi velit suo Suffraganeo id deferre, qui debet excommunicatum ad illum remittere, & si is nolit illum absolvere, secundùm formam juris, ipse Metropolitanus tenetur eum absolvere, receptâ cautione, quòd parebit suo mandato; deinde auditâ causâ, eam definiat secundùm Jus. Verùm si Episcopus suum subditum excommunicaret propter manifestum delictum, Metropolitanus non debet illum absolvere, nisi Suffraganeus requisitus malitiosè recuset illum absolvere, *c. Per tuas. 40. h. t. num.* 146. Hinc duæ regulæ desumuntur ex hoc cap. Prima est, qui dicit excommunicationem esse nullam, audiri debet, etsi absolutionem non petat, *num.* 147. Altera regula est, qui dicit sententiam excommunicationis esse injustam, non est audiendus, etsi velit probare illam esse injustam, nisi priùs petat absolutionem, *num.* 148. Metropolitanus potest absolvere excommunicatum à suo Suffraganeo, etsi ante appellationem fuerit excommunicatus, nec tenetur illum remittere ad Episcopum, qui eum excommunicavit, nisi velit hoc ipsi deferre: secus est, si excommunicatus sit propter manifestum delictum, *num.* 149. Quæ sit differentia inter excommunicationem nullam, & injustam, *num.* 150. *& seq.* Excommunicatus, qui petit absolvi ad cautelam, dicens excommunicationem in se latam fuisse nullam, absolvi debet, licèt excommunicator, vel adversarius se opponat, nisi dicatur, & probetur intra octo dies, quòd sit excommunicatus, propter manifestam offensam, alioquin non absolvatur, etiam ad cautelam, nisi præmissâ satisfactione, & competente cautione de parendo juri, si offensa est dubia. Excommunicatus verò, qui probare vult, se post appellationem legitimam fuisse excommunicatum, vel sententiam excommunicationis continere intolerabilem errorem, pendente probatione, in judicio est vitandus: extra judicium verò non, *c. Solet. 2. h. t. in 6. num.* 152. *& seq.*

§. III. *Quænam præterea statuta sunt circa potestatem, quam habet Archiepiscopus absolvendi excommunicatos à Suffraganeis, vel subditis eorum, & de potestate, quam habet, vel non habet cognoscendi super justitia, vel injustitia excommunicationis.*

Archiepiscopus non potest absolvere excommunicatos à subditis Suffraganeorum: potest tamen absolvere excommunicatos ab ipsis Suffraganeis, vel Officialibus eorum, si ad Metropolitanum fuerit appellatum, *c. Venerabilibus. 7. in princ. h. t. in 6. num.* 154. Præterea Archiepiscopus, vel ejus Officialis excommunicatos à suis Suffraganeis debet absolvere, antequam incipiat causam audire in casibus, in quibus ei competit jurisdictio, ut si quis post definitivam sententiam fuit excommunicatus, exceptis casibus, in quibus prohibent Jura appellare: nisi dicatur excommunicatus propter manifestam offensam, & contumaciam, *cit. c. 2. §. Porro*, ubi ponuntur exempla contumaciæ præsumptæ, & manifestæ, *num.* 155. Item excommunicatio lata, post appellationem interpositam, ex causa probabili, est nulla, non tamen statim pronuntiatur nulla, sed fieri potest relaxatio ad cautelam, etiam antequam incipiat Superior, ad quem appellatum fuit, de veritate causæ cognoscere, *cit. c. 7. §. Sed si. h. t. in 6.* Item quando constat, excommunicationem fuisse injustam, Judex superior remittat excommunicatum ad excommunicantem, nec absolvat, nisi periculum sit in mora, vel nisi excommunicans requisitus malitiosè deneget absolutionem: si verò constet, esse injustam, non remittat, sed absolvat: si res sit dubia, Superior potest eum absolvere, nisi velit deferre excommunicatori, quod est magis conveniens, & honestius. Quando Archiepiscopus de excommunicatione cognoscere potest, absolutio tenet, licèt sit injusta, *cit. c. 2. §. Sed si, & §. Sanè, num.* 156. Postremò in casibus, in quibus Archiepiscopus potest excommunicare subditos Suffraganei, potest ab eis exigere mulctas pecuniarias, si consuetudo id habeat, *cit. c. 7. §. Denique usque ad finem, num.* 157. Præterea Archiepiscopus, vel ejus Officialis sententias Censurarum latas ab Archidiaconis, vel aliis Officialibus Suffraganeorum non relaxet, nisi hoc habeat consuetudo. Item sententia excommunicationis Archiepiscopi ligat tantùm subditos Archiepiscopi, & non Suffraganeorum. Præterea sententia excommunicationis lata, sive in genere, sive in specie, ob culpas præteritas, vel præsentes, non præmissâ monitio-

nitione, est injusta. Sed neque ob futuras culpas, vel jam commissas, sententias excommunicationis ferre debet Archiepiscopus, nisi mora, culpa, vel alia justa causa subsit, *c. Romana. 5. in princ. & §. Caveant. h. t. in 6.* Denique in Universitatem, vel Collegium excommunicatio ferri non debet, *§. fin. eod. num. 158. & duobus seqq.*

### §. IV. *Quâ formâ, seu modo ferri debeat absolutio ab excommunicatione?*

Assertio 1. Ad essentiam absolutionis ab excommunicatione nulla certa verba requiruntur, consueta tamen forma est, *absolvo te à vinculo excommunicationis propter hanc, vel illam causam &c. num. 161.* Assertio 2. Ante absolutionem ab excommunicatione duplex cautio est præstanda. Prima per juramentum de parendo mandatis Ecclesiæ, de qua fit mentio in *c. Ad hæc. 12. h. t.* Ubi habetur, quòd cùm Papa delegat absolutionem excommunicati, mandat recipi cautionem de parendo mandatis Ecclesiæ, *num. 162.* Altera cautio est de satisfaciendo parti læsæ, *num. 163.* Assertio 3. Ad absolutionem ab excommunicatione non requiritur, ut is, qui absolvitur, sit præsens, sed etiam absens absolvi potest, *num. 164.* Assertio 4. Absolutio ab excommunicatione, aliavè censura per vim, & metum obtenta, etsi jure naturali est valida, jure tamen Ecclesiastico est irrita, *num. 165.* Assertio 5. Absolutio ab excommunicatione data, sub conditione de præsenti, vel de præterito est valida, & licita: *num. 166.* An absolutio ab excommunicatione sub conditione de futuro sit illicita? *num. eod.* Sunt & alii duo modi absolvendi ab excommunicatione, vel alia censura, scilicet ad cautelam, & reincidentiam, *num. 167.* Prior fit, quando dubitatur de valore sententiæ, seu censuræ, præstito juramento, quòd parebit mandatis Ecclesiæ, quando constabit de culpa, ob quam lata est sententia censuræ, *c. Venerabili. 52. h. t. num. 168.* Aliquando tamen poterit fieri absolutio per manualem, seu simplicem promissionem, si sine scandalo per juramentum haberi non possit, *c. Super eo. 51. h. t. num. 169.* Absolutio ad reincidentiam fit, quando quis, ob mortis periculum, vel aliud impedimentum, absolvitur ab eo, à quo aliàs non poterat; tunc enim si cessante impedimento, non se præsentet, cùm commodè potest, ei, à quo aliàs absolvendus est, reincidit in eandem excommunicationem, vel aliam censuram. Idémque est in absoluto, qui se debet alicujus conspectui præsentare, *c. Eos. 22. h. t. in 6. n. 170. & seq.*

### §. V. *Vtrùm is, qui duabus excommunicationibus, vel pluribus est ligatus, si ab una absolvatur, censeatur etiam absolutus ab aliis?*

Assertio 1. Ligatus pluribus excommunicationibus, v. g. quia violavit Ecclesiam, & quia percussit Clericum, si obtineat absolutionem, unâ tantùm causâ expressâ, remanet excommunicatus, ob alteram causam non expressam, & tenetur pro illa satisfacere, *c. Cùm pro causa. 27. t. num. 172. & seq.* Assertio 2. Excommunicatus à pluribus Prælatis, quibus est subditus, propter plura delicta, non potest ab uno tantùm absolvi, sed ab aliis etiam Prælatis absolvendus est, nisi uni Prælato reliqui absolvendi spontaneè demandârint, *c. Officii. 42. h. t. n. 174.* &c.

### §. VI. *De absolutione excommunicati, qui sit in excommunicatione.*

Excommunicato mortuo in excommunicatione, quamvis pœnitens decesserit, non est communicandum ante absolutionem, nec pro eo orandum, licèt sit absolutus quoad Deum, sed constet Ecclesiæ, quòd contritus obierit, debitur etiam post mortem ab eo, à quo vivus haberi absolvendus, servatâ formâ absolutionis præscriptâ, *c. A nobis. 28. h. t. num. 176. & seq.* An Papa, vel Ecclesia possit excommunicare, vel excommunicatione absolvere mortuos, *num. 178.* Excommunicatus, quia communicavit cum excommunicato, licèt postea eum impugnet, non idcò pro absoluto est habendus, nisi prius absolvatur, *c. Sacris. 38. h. t. n. 179.*

### §. VII. *Quando excommunicatus à Papa habendus sit pro absoluto ab excommunicatione, vel non?*

Excommunicatus semper habetur pro excommunicato, & vitandus est, donec conficiat de jure absolutione per Litteras Papæ, vel ejus delegati, vel alio modo, *c. Sicut. 39. h. t. num. 180.* Si Papa à se excommunicatum postea in suis Litteris salutet, non propter hoc eum absolvit, *c. Si duo quando. 41. h. t. num. 181.* Item si Papa ex industria cum excommunicato participat quocumque modo, per hoc non censetur illum absolvere, nec se hoc velle exprimat: sicut neque si Papa aliquem scienter nominat sub titulo alicujus dignitatis, non præsumitur per talem nominationem eum confirmare, vel approbare in tali dignitate, *Clem. 4. de h. t. n. 182.*

### §. VIII. *An, & quando Clerici criminosi possint incarcerari, vel etiam à laicis capi, absque metu incurrendæ excommunicationis?*

Prælati possunt ac debent Clericos graviter delinquentes corrigere, & incarcerare. Item Clerici citra metum excommunicationis, possunt de mandato Judicis Ecclesiastici capere Clericos delinquentes, & ad Judicium trahere, *c. Si sacerdos. 35. h. t. num. 183.* Præterea si Sacerdos vel quilibet regularem ex Ecclesia, turbantem Divina Officia, non est excommunicatus, *c. Veniens, 16. h. t. num. 184.*

### §. IX. *An sint excommunicati, qui violenas manus injiciunt in Clericos, qui incedunt ut Laici, deposito habitu Clericali?*

Resp. Non esse excommunicatos, si manus Clerici tertiò moniti arma non deponunt, & habitum non resumunt, *c. In audientia. 25. h. t. num. 185.*

Similiter Clerici, qui non gestant tonsuram, & habitum Clericalem, & tractant negotia secularia, perdunt privilegia fori, & Canonis, post trinam monitionem, *c. Contingit. 45. h. t. n. 186.*

SECTIO VI. *Aliæ nonnullæ quæstiones circa excommunicationem, aliasvè censuras proponuntur, & exponuntur.*

§. I. *An Prælatus Ecclesiasticus se defendere possit, etiam spirituali gladio, scilicet per Ecclesiasticam Censuram contra Potestatem secularem?*

Prælatus Ecclesiasticus potest contra Potestates, & Dominos temporales injuriam ipsi inferentes se defendere armis spiritualibus, videlicet excommunicatione, vel interdicto, *c. Dilecto. 6. h. t. in 6. n. 187.*

§. II. *Si malefactor captus à Judice laico dicat, se esse Clericum, ad quem Judicem spectat de hoc cognoscere, secularem, an Ecclesiasticum?*

Si Judex laicus captum detineat malefactorem, qui dicit se esse Clericum, ideóque petit remitti ad Judicem Ecclesiasticum: vel si Judex Ecclesiasticus illum repetat, & laicus neget illum esse Clericum, cognitio hujus rei, an ille sit Clericus, ad Judicem Ecclesiasticum spectat, vocato tamen Judice seculari. Quòd si notorium sit, vel publica fama, quòd ille sit Clericus, vel si pro Clerico communiter habeatur, tunc statim etiam ante cognitionem, an sit Clericus, debet remitti ad Judicem Ecclesiasticum, sicut etiam si priùs se gerebat pro Clerico, & modò deprehensus fuit in habitu Clericali. Si verò antè, quàm caperetur, publicè pro laico se gerebat, & pro tali communiter habebatur, non fit remissio ad Judicem Ecclesiasticum, donec fuerit probatum esse Clericum, non tamen contra eum Judex secularis interim procedet, *c. Si Iudex. 12. h. t. in 6. num. 188. & 2. seqq.*

§. III. *Virùm excommunicatio lata post appellationem, sed quæ per negligentiam deserta fuit, convalescat, & an talis excommunicatus nihilominus sit denunciandus, & vitandus?*

Si excommunicatus post legitimam appellationem, per negligentiam, non fuit eandem prosecutus, post tempus elapsum, non ideo convalescit excommunicatio lata, sed elapso tempore publicè denunciandus est, & vitandus in judicio, & extra illud, & removendus ab actibus legitimis, donec probet, quòd fuit excommunicatus post appellationem, vel quòd aliàs ipsa excommunicatio nulla fuit, *c. Licèt. 14. h. t. in 6. num. 191. & seq.*

§. IV. *An Prælatus Ecclesiasticus possit per laicos capere, vel conjicere in carcerem Clericos, sine pœna excommunicationis?*

Si Episcopus, vel alius Prælatus Ecclesiasticus mandet capi Clericos sibi subjectos propter delicta commissa, & conjici in carcerem, ac ibi custodiri, etsi id fiat per laicos, nec ipse, nec capientes sunt excommunicati, nisi ex proposito excedant. Quòd si Clerici per fidejussores caveant Episcopo de parendo juri, non debent in carcere detineri, nisi enorme sit crimen, vel alia causa rationabilis suadeat, illos esse detinendos, *c. Si Clericos. 15. h. t. in 6. n. 193. & seq.* Denique Episcopi nullam sententiam interdicti, vel suspensionis incurrunt, nisi in ipsa sententia sint expressi, *c. Quia periculosum. 4. h. t. in 6. n. 195. & seq.*

SECTIO VII. *De secunda Censura Ecclesiastica, nempe suspensione.*

§. I. *Quid, & quotuplex sit suspensio Ecclesiastica?*

ASSERTIO I. Suspensio propriè dicta est Censura, per quam persona Ecclesiastica privatur usu, seu exercitio Ordinis, officii aut beneficii Ecclesiastici, quod illi ratione alicujus potestatis Ecclesiasticæ competit, *num. 197.* Quomodo differat ab excommunicatione majore, & interdicto? *num. eod.* Assertio 2. Suspensio dividitur primò, in totalem, & partialem. Totalis rursum, vel est simpliciter totalis, quæ est simul ab officio, & beneficio, vel totalis secundùm quid nempe ab officio, vel beneficio tantùm, *num. 198.* Partialis suspensio est, quæ est à certo tantùm officio, aut parte ejus. Item suspensio fertur à jure, vel ab homine, & est vel temporalis, vel perpetua, *num. 199.* Præterea quando quis suspenditur determinatè ab officio, non censetur reipsâ etiam suspensus à beneficio, nisi id exprimatur, *num. 200.* Et vice versâ, suspensus à beneficio non ideo etiam censetur suspensus ab officio, *num. 201.* Secundò, suspensus ab Ordine, sine limitatione, non est suspensus à jurisdictione. Tertiò, Episcopus suspensus ab Ordine Episcopali tantùm non est suspensus ab Ordine Sacerdotali, *num. 202.* Quartò, suspensus ab Ordine superiore non est suspensus ab inferiore, *num. 203.* Denique suspensus à jurisdictione simpliciter non prohibetur exercere actus Ordinis, qui jurisdictionem non requirunt, *n. 204.*

§. II. *Quis possit censuram suspensionis ferre, & in quos, & ob quam causam, & quis ab illa absolvere?*

ASSERTIO I. Omnis & solus ille, qui potest excommunicare, potest etiam suspendere, *num. 205.* Assertio 2. Omnes & soli Clerici, præter Papam, possunt censurâ suspensionis ligari, *num. 206.* Assertio 3. Suspensio propriè dicta, prout est censura, quæ infligitur propter contumaciam, vel saltem ut pœna Ecclesiastica, non incurritur, nisi ob propriam culpam, eámque mortalem, *n. 207.* Quibus modis suspensio tollatur? *n. 208.*

§. III. *Aliæ nonnullæ quæstiones circa suspensionem proponuntur, & resolvuntur.*

Quær. 1. Quis sit effectus suspensionis? Resp. Si suspensus exerceat actum, à quo est suspensus, graviter peccat, si materia sit gravis, & si durante suspensione, actus Ordinis exerceat, fit irregularis, *num. 209.* Quær. 2. An acta à suspenso sint valida?

valida ? Resp. Actus Ordinis sunt validi, exceptâ absolutione Sacramentali : at verò actus, qui jurisdictionem requirunt, per se sunt invalidi, quia suspensio privat actuali jurisdictione, *num.* 210. Quær. 3. An suspensio privet communicatione cum aliis ? Resp. Per se non privare, *num.* 211. Suspensus ab ingressu Ecclesiæ, si in ea Divina celebret, fit irregularis, & si moriatur impœnitens in suspensione illa, privatur Ecclesiasticâ sepulturâ. Item suspensio ab ingressu Ecclesiæ, vel ab officio per appellationem sequentem non suspenditur, *c. Is cui.* 20. *h. t. in 6. num.* 212. *& seq.* Suspensus ab officio, Ordine, vel jurisdictione in uno loco, ubique est suspensus ab illis, donec absolvatur, *num.* 214.

### Sectio VIII. *De tertia censura Ecclesiastica, nempe Interdicto.*

#### §. I. *Quid & quotuplex sit Interdictum?*

Assertio I. Interdictum est censura Ecclesiastica, per quam prohibetur participatio certorum Sacramentorum, omnium Divinorum Officiorum, & Ecclesiastica sepultura, & in quo differat à suspensione, & excommunicatione ? *num.* 215. Assertio 2. Interdictum dividitur primò, in locale, & personale. Prius est, quo immediatè locus interdicitur: personale, quo immediatè ipsæ personæ interdicuntur, non locus. Secundò, interdictum tam locale, quàm personale subdividitur in generale, & speciale, seu particulare, *num.* 216. Tertiò, interdictum personale similiter dividitur in generale, & particulare. Generale est, quo interdicitur aliqua Communitas, Civitas, vel pagus: item Collegium, vel Capitulum. Interdictum personale partiale est, cùm persona particularis interdicitur, *num.* 217. Quartò, dividitur interdictum Ecclesiasticum in totale, & partiale. Totale est, quod omnes effectus interdicti habet: partiale, quod non omnes effectus habet, *num.* 218.

#### §. II. *Quænam sub Interdicto generaliter promulgato comprehenduntur, vel non?*

Interdicto Clero, non est interdictus populus, nec è converso. Interdictâ Civitate, propter delictum Domini, vel Rectoris Civitatis, Cives non sunt interdicti : ideóque possunt extra Civitatem interesse Divinis. At interdicto populo, singulares personæ de populo sunt interdictæ, nec possunt audire Divina, vel suscipere Sacramenta, nisi in casibus à Jure concessis, *c. Si sententia.* 16. *h. t. in 6. num.* 219. *& 3. seqq.* Qui dat causam interdicto locali, personale interdictum incurrit, ita ut non solùm in eo loco Divina audire non possit, sed nec alibi, *num.* 223. Interdictâ Civitate, censentur etiam suburbia, & continentia ædificia interdicta ; & interdictâ Ecclesiâ, sunt interdictæ Capellæ, & cœmeteria contigua, ut in iis mortui sepeliri non possint ; secus est, si non sunt contigua, *c. Si Civitas,* 17. *h. t. in 6. n.* 224. *& seq.*

* *
*

#### §. III. *Quænam observanda sint circa administrationem, & susceptionem Sacramentorum, quæ tempore Interdicti est prohibita ?*

Tempore interdicti, sive ab homine, sive a Jure lati, omnes tam infirmi, quàm sani, admittuntur ad Sacramentum Pœnitentiæ, modò non sint excommunicati, hi enim non admittuntur, nisi in mortis articulo : vel nisi cessarint interdicto, nam & hi non admittuntur, nisi satisfaciant, si possunt, vel dent idoneam cautionem de satisfaciendo, prout possunt. Item tempore interdicti, in Ecclesiis, & Monasteriis, singulis diebus Missæ, & alia Divina Officia celebrari possunt, ut priùs, submissâ voce, januis clausis, exclusis excommunicatis, & interdictis, & non pulsatis campanis. Item quater in anno, videlicet in festis Nativitatis Domini, Paschæ, Pentecostes, & Assumptionis B. V. pulsatis campanis, & januis apertis, solemniter celebrentur Divina Officia, exclusis excommunicatis, sed admissis interdictis, ita tamen ut hi, propter quorum delictum latum est interdictum, non accedant ad Altari ; in ceteris verò servandum est interdictum non obstantibus quibuscunque privilegiis, *c. dec.* 24. *& ult. h. t. in 6. num.* 226. Excipitur primò Sacramentum Baptismi, & Confirmationis, quæ tempore interdicti licitè conferuntur, ideóque etiam Chrisma in Cœna Domini licitè confici potest. *Quoniam.* 19. *h. t. in 6. num.* 227. *& seq.* Et in *Responso.* 43. *h. t. num.* 229. *& 2. seqq.* Item licitum est prædicare Verbum Dei, tempore quocunque interdicti, *cit. num.* 230. Excipitur secundò, Sacramentum Pœnitentiæ, quod omnibus administrari potest tempore interdicti, & fidelibus non tantùm infirmi, sed etiam sani possunt, excommunicatis, & iis, qui culpâ suâ causam dederunt interdicto, nisi priùs satisfaciant, *num.* 231. Excipitur tertiò, Sacramentum Eucharistiæ, quod per modum Viatici, tempore interdicti, administrari potest, *num.* 232. Non tantùm administratio, sed etiam perceptio prædictorum Sacramentorum, conceditur ab Ecclesia in omni interdicto generali, *num.* 233. Sacramentum extremæ Unctionis, tempore interdicti, nec administrari, nec recipi potest, *num.* 234. Neque etiam Sacramentum Ordinis, *num.* 235. Denique matrimonium non solùm validè, sed etiam licitè, tempore interdicti, contrahitur, non autem benedictio nuptialis, *n.* 236.

#### §. IV. *Quæ observanda sint circa celebrationem, & auditionem Divinorum Officiorum, & in quatenus ea prohibita est tempore interdicti, vel cessa?*

Permissum est, tempore interdicti, semel singulis hebdomadis Missas celebrare, causâ audiendi Corpus Christi, submissâ voce, januis clausis, & exclusis excommunicatis, & interdictis, *Permittimus.* 57. *h. t.* postea verò Jure novo latum fuit in *c. ult.* §. *Adjicimus. h. t. in 6.* ut singulis

diebus id liceret, modo prædicto, *n.* 237. Idque declaratur, *n.* 238. *& 2. seqq.*

§. V. *De privatione sepulturæ Ecclesiasticæ, tempore interdicti.*

Assertio I. In generali interdicto locali prohibentur sepeliri fideles in sacro loco: Clerici tamen, ac personæ Ecclesiasticæ, quæ non sunt interdictæ, si servârunt interdictum, possunt in cœmeterio Ecclesiæ sepeliri, absque omni solemnitate: imò etiam in Ecclesia interdicta, *num.* 241. Assertio 2. Personaliter interdicti, sive Clerici, sive Laici, si non sint denunciati, nec impœnitentes decesserint, possunt in loco sacro non interdicto sepeliri, *n.* 242.

§. VI. *De violatione Interdicti, & pœnis Iure decretis in violantes.*

Quær. 1. Quibus modis violetur interdictum locale, vel personale? *num.* 243. Quær. 2. Quam pœnam incurrant laici, qui violant interdictum, vel alios cogunt violare? Resp. Domini temporales, qui cogunt alios celebrare Divina Officia in locis interdictis, vel per præcones faciunt tunc ad illa audienda populum convocari: vel prohibent, ne publicè excommunicati, vel interdicti, per illos, qui Missas celebrant, moniti, ut ex Ecclesiis exeant, & ipsi, qui non exeunt, nominatim excommunicationem incurrunt reservatam Sedi Apostolicæ, *Clement. 2. h. t. n.* 244. *& seq.* Quær. 3. Quam pœnam incurrunt Religiosi violantes interdictum? Resp. Religiosi quicunque, etiam exempti, violantes interdictum positum per Sedem Apostolicam, vel Ordinarium loci, quod sciunt servari à Cathedrali, vel Parochiali Ecclesia: vel generalem cessationem à Divinis factam per Provinciale Concilium, vel per eum, qui hoc possit, ipso jure sunt excommunicati, non obstantibus privilegiis, & conventionibus quibuscunque, *Clement. 2. h. t. num.* 246. *& seq.* Item FF. Minores si tempore interdicti admittunt in suis Ecclesiis ad Divina FF. & sorores tertii Ordinis S. Francisci, excommunicationis sententiam incurrunt, à qua absolvi non possunt, nisi per Papam, vel locorum Ordinarios, satisfactione præmissâ, *Clement. 3. h. t. num.* 248. Præterea celebrans scienter in Ecclesia sanguinis, vel seminis effusione polluta, vel præsentibus excommunicatis, licèt temerariè agat, non tamen fit irregularis, *c. Is qui. 18. h. t. in 6.* Celebrans verò in loco interdicto, in casibus non permissis, fit irregularis, & eligi non potest, *cit. c. Is qui. §. Is vero. h. t. in 6. cit. n.* 248.

§. VII. *De causis Interdicti, & relaxatione ejusdem.*

Quær. 1. Quis possit interdictum ferre? Resp. Interdictum ferri potest, vel à Jure, vel ab homine. Illi verò interdictum ferre possunt personale, vel locale in personas, vel locum jurisdictioni suæ subjectum, qui Ordinario jure possunt excommunicare, vel suspendere, *num.* 249. Quær. 2. Ob quam causam ferri possit interdictum? Resp. Interdictum ferri potest in quamlibet Communitatem, sed nonnisi propter delictum, vel ipsius Communitatis, vel Principis, aut Gubernatoris loci, quin etiam Episcopi loci, qui spiritualem tantùm ibi jurisdictionem habet, *num.* 250. Interdictum autem generale locale non potest justè ferri, nisi ob gravissimam causam generalem, nempe ob peccatum commissum à Capite Civitatis, seu loci, vel pluribus, & principalibus ejus membris, *num.* 251. Quær. 3. A quo, & quomodo interdictum tolli possit, seu relaxari? *num.* 252. Denique Interdictum generale positum in Civitate, vel alio loco, non potest relaxari ad cautelam, *c. Præsenti. 10. h. t. in 6. n.* 253.

§. VIII. *Proponuntur Constitutiones Extravagantes hujus Tituli.*

Quæ in hoc §. continentur, habentur *num.* 254. & pluribus *seqq.* usque ad *num.* 261. inclusivè.

§. IX. & ultimus. *De cessatione à Divinis, quid & quotuplex sit, & quomodo ab Interdicto differat?*

Cessatio à Divinis est Ecclesiastica prohibitio, ob quam Clerici cessare debent, in certo loco, à Divinorum Officiorum celebratione, & Sacramentorum administratione, nisi quatenus eam necessitas postulat. Eáque duplex est, generalis, respectu totius Civitatis, vel particularis in una Ecclesia. Et quomodo differat hæc cessatio ab Interdicto locali? *num.* 262. Postremò qui interdictum imponere, is etiam cessationem à Divinis indicere potest, veluti Episcopus, vel qui quasi Episcopalem jurisdictionem in foro externo obtinet. Violantes cessationem à Divinis, ipso facto, sunt excommunicati, *n.* 263.

## *SERIES CAPITULORUM.*

### In Antiquis.


*c.* 1. *n.* 73. *& seq.*
*c.* 2. *n.* 60. *& 66.*
*c.* 3. *in princ. num.* 59. §. *Si verò. n.* 67. *& 70. & §. Nec ille. num.* 69. *& 70.*
*c.* 4. *n.* 42. *& seq.*
*c.* 5. *n.* 49.
*c.* 6. *in princ. num.* 79. *& §. Illi verò. num.* 53.
*c.* 7. *n.* 88.
*c.* 8. *n.* 111. *& seq.*
*c.* 9. *n.* 89.
*c.* 10. *n.* 68.
*c.* 11. *n.* 83.
*c.* 12. *n.* 162.
*c.* 13. *num.* 77. *& seq. & n.* 82.
*c.* 14. *n.* 90. *& seq.*
*c.* 15. *n.* 130. *& seq.*
*c.* 16. *n.* 184.
*c.* 17. *n.* 58.
*c.* 18. *n.* 96.
*c.* 19. *n.* 97. *& seq.*
*c.* 20. *n.* 95.
*c.* 21. *n.* 28. *& seq.*
*c.* 22. *num.* 99. *& duobus seqq.*
*c.* 23. *num.* 92. *& duobus seqq.*
*c.* 24. *n.* 71.
*c.* 25. *n.* 185.
*c.* 26. *n.* 82.
*c.* 27. *n.* 172.
*c.* 28. *num.* 176. *& duobus seqq.*
*c.* 29. *in princ. num.* 51. §. *In secunda, & §. Is autem, num.* 127. *& seq.*
*c.* 30. *n.* 132. *& seq.*
*c.* 31. *n.* 121. *& seq.*
*c.* 32. *n.* 61. *& quinque seqq.*
*c.* 33. *n.* 84. *& seq.*

c. 34. n. 118. & seq.
c. 35. n. 183.
c. 36. n. 52.
c. 37. n. 86.
c. 38. n. 179.
c. 39. n. 180.
c. 40. num. 146. & quinque seqq.
c. 41. n. 181.
c. 42. n. 174.
c. 43. in princ. n. 116. & §. Præterea. n. 229. & seq.
c. 44. n. 107. & seq.
c. 45. n. 186.
c. 46. n. 140.
c. 47. n. 56.
c. 48. in princ. num. 34. & seq. §. Caveat. §. Cumque adversùs. §. Verùm & §. fin. num. 38.
c. 49. n. 109.
c. 50. n. 66.
c. 51. n. 169.
c. 52. n. 168.
c. 53. n. 110.
c. 54. in princ. §. Prædicatores. n. 117. & §. Siqui verò. n. 72.
c. 55. n. 129.
c. 56. n. 145.
c. 57. n. 237. & seq.
c. 58. n. 80. & seq.
c. 59. n. 7. & 8.
c. 60. & ult. n. 87.

In Sexto.

c. 1. n. 11. & seq.
c. 2. n. 152. & seq.
c. 3. num. 134. & duobus seqq.
c. 4. n. 195. & seq.
c. 5. n. 158. & duobus seqq. & §. ult. n. 27.
c. 6. n. 187.
c. 7. in princ. num. 154. §. Porro. num. 155. §. Sed si, & §. Sanè, num. 156. §. Denique. num. 157.
c. 8. n. 19.
c. 9. n. 137. & seq.
c. 10. n. 253.
c. 11. num. 102. & duobus seqq.
c. 12. n. 188. & seq.
c. 13. n. 139.
c. 14. n. 191. & seq.
c. 15. n. 193. & seq.
c. 16. num. 219. & tribus seqq.
c. 17. n. 224. & seq.
c. 18. n. 248.
c. 19. n. 227. & seq.
c. 20. n. 212. & seq.
c. 21. in princ. num. 64. §. Quamvis. n. 50. & seq.
c. 22. n. 105. & seq. & n. 170. & seq.
c. 23. n. 54. & seq.
c. 24. & ult. num. 226. & seq. & n. 237. & seqq.

In Clementin.

Clement. 1. num. 246. & seq.
Clement. 2. n. 244. & seq.
Clement. 3. n. 243.
Clement. 4. & n. 170. & §. Similiter. n. 182.

In Extravagant. Joann. XXII.

Extravagan. com. n. 254

In Extravagant. Communibus.

Extravag. 1. n. 247.
Extravag. 2. n. 253.
Extravag. 3. n. 262.
Extravag. 4. & n. num. 261.